





V
B J
C





MEMORIALE
Procesſus Iudiciarii



STATVTORVM ATQ;
CONSTITVTIONVM
Regni Poloniæ

MVLTIS STATVTIS ET
Conſtitutionibus vſquè ad Conſtitutiones 1613. incluſiuè auctiùs quàm antea & emendatiùs ex recognitione
Auctoris


THEODORI ZAWACKI
ex Familia Rogálá
Equitis Poloni

Nunc editum.



CRACOVIÆ
Apud hęredes Iacobi Sybeneich.
Anno Domini 1614.





IN STEMMA,
Illuſtrißimi & Reuerendißimi Dñi D. Epiſcopi Wladiſlauienſis. ac Pomeraniæ.



FAſcia Regalis noduſque, plicæq; cruorem
Siſtunt, albor vbi cernitur atque rubor.
Rubra Aſtræa tibi Gebici iuſtiſsimê ſplendet,
Et niueâ pallâ candida relligio.
Quid reliquas memorem virtutes? quiduè Mineruæ
Dona? Tibi ſimilis SARMATA rarus adeſt.

Illuſtriſ-

AVTHOR LECTORI.

Parua quidem sunt hæc, sed non incommoda certè,
Namquè docent leges SARMATA CLARE *tuas.*
Ergò haud contemnas; sed si tibi nostra videntur
Exigui pretij: fac meliora. VALE.

Typographus.
LECTORI.

HAbes, Candide Lector, libellum ab ipso Authore accuratè recognitum; & Typis nostris diligenter reformatum: errores si qui occurerint, facilè (*vt speramus*) corriges. Illud tamen hic præmoneri visum est, quòd pagina 102 vbi in quibusdam exemplaribus posita sunt hæc verba:

Posterior Constitutio de his.

Lege

Ad Ecclesias tam Cathedrales quàm


Summa



Summa Priuilegij.

SAcræ Regiæ Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis libros quoscunquè à Generoso THEODORO ZAVVACKI in lucem editos, excudere, distrahere, venalesué exponere ausit, præter eum cui præfatus Author id ipsum specialiter & nominatim permiserit. Qui secus faxit, confiscatione librorum & pœna fisco Regio exsoluenda mulctabitur, prout latiùs in diplomate Regio expressum est.

MEMO-



MEMORIALE
PROCESSVS IVDICIARII, & Statutorum atq; Constitutionum Regni Poloniæ.

DE CITATIONIBVS ET CItandi modo: per quem quis in ius vocandus: & vbi citatio ponenda est contra Reum.

QVemadmodum Leges & solennitates citationis conficiendæ, per omnes ipsius causas, scilicet, materialē, formalem, efficientem & finalem obseruandæ sunt; ita etiam positionis illius citationis faciendæ: alioquin citationis positio indebita, inconueniens, illegitima, intempestiua, non publicata, impedit litis ingressum, absoluitur enim Reus eo nomine, excipiens ab illius termino.

Si quoq; res iudicata, seu perlucra in contumaciam rei sit obtenta non publicata citationis positione; totus processus nullitatis vitio subiacet, postquam

reus probauerit, non peruenisse sibi totum Processum ad notitiam. Similiter etiam, si citationes in alijs bonis positæ sint, & res iudicata seu perlucra in contumaciã obtẽta; nullitatis vitio subiacet.

Est autem Citatio. Iuridica ad Iudicis conspectum vocatio.

Et est triplex.

L*Iteralis*, quæ fit literis seu scripto. vt Regiæ Terrestres, Castrenses, Commissoriales, Succamerariales.

Verbalis Curiæ Regiæ vulgo Nadwornij rok : tactus terminus : facionatus, aliàs licowy rok, (qui non nisi pro furto ablata re ad Officium Castrense fit) assigantur verbis, per quemuis familiarem Iudicis Reo citando, siue sit possessionatus siue impossessionatus, ibidem in Curia Regis vel in loco Iudiciorum, aut in hospitio citãdi, vel in foro inuẽto.

Realis siue violenta. Quæ fit iniectione manus, siue appprehensione, siue captura, in recenti crimine. Sed hoc genere citationis vti non licet in causis Ciuilibus.

Citati-

Citationes curiales non sunt in vsu, nisi inter familiares & seruos R. M. qui tenentur curiali Citatione coram Marschalco comparere. ratione quoque excessus etiam aduenæ tenentur coram Marschalco respondere.

De termino verò tacto obseruatur, quod talis terminus non detur nisi pro aliquo excessu sub celebratione terminorum, aut iudiciorum Trib. tàm circa Iudicium quàm in Ciuitate.

De *formandis citationibus literalibus in genere, & formis earum, vide latius Processũ Iudiciarium Regni Poloniæ à me in lucem datum. sub Titulo de Citationibus. & infra sub dictione Citatio.*

CITATIONES PER QVEM, *& vbi ponendæ.*

CItatio semper debet fieri per Ministerialem. Sed pro crimine recenti in curia patrato potest fieri per quemcunque familiarem Iudicis. H. L. 5.

Idem Ministerialis debet indifferen-

ter ponere citationem, in curia Nobilis citati, vel si ea defuerit, apud Wladariũ, vel quemcunque Kmethonem, siue apud Hortulanum, publicando nihilominus positionẽ citationis in curia Nobilis citati; quæ si defuerit in eadem villa, extunc villanis ipsam idem Ministerialis notificabit, vt ad notitiam citati peruenire posſit. Si vero curia Nobilis citandi sit clausa, aut eandem Ministerialis ingredi prohiberetur, debet citationem valuis infigere illius curiæ, siue Kmethonibus citati publicare. In villis vero desertis citatio, in lignum recisum posita, terræq́; infixa publicanda est, vel in villa viciniori, vel in Parochia eiusdem villæ desertæ.

Similiter etiã contra impossesſionatũ ponẽdæ sũt in ea Parochia, in qua ortus seu natus est, vel vbi domicilium habet, & citationes vbicunq; apprehendi posſunt. debent illis tradi in manus. *Vide sub dictione, Citatio.*

Potest autem impossesſionatus Nobilis ci-

lis citari ad Capitaneum in cuiuscunq; iurisditione inueniatur. *Ibid.*

Is qui est in remotis partibus de mandato Iudicis in aliquo eminēti loco, vel circa Parochiam, de qua Parochia est hæreditas, pro qua eadem quæstio mouetur per Ministerialem tribus vicibus publicè proclamando, ad prosequutionem seu defensionem causæ, ad certum locum & terminum debet citari. Quo non comparente in spatio 18. septimanarum, ipsius contumacia seu absentia non obstante, ad decisionem seu definitionem causæ licitè per sententiam definitiuam procedatur. H. L. 40.

In materia autem reali proprietaria & possessoria fundi, seu bonorum immobilium, de consuetudine iuris communis, super Reum bona nulla propria habentem in iurisditione illius Iudicis, in qua bona per illum vi occupata & possessa consistunt, citationes in eisdem ponendæ, per totum Processum Iudiciarium, donec cedat de possessione illo-

rum bonorum Actori.

Citationis positio nulla esse iudicatur cum ponitur in bonis super quæ ius aliquod citatus habet, possessionem tamen eorum non fuerit assequutus.

Si autem reus sit dominus vel hæres, Actor verò tantummodo possessor titulo obligatorio, vsufructuarius existat eorundem bonorum; possunt tamen citationes in eisdem poni pro vadio, propter adipiscendam, retinendam, atq; recuperandam possessionem. Sed exemplar positæ citationis deferendum est Reo in locum residentiæ suæ, per eundem Ministerialem, qui talem posuerat citationem. Similiter facere debet dominus contra obligatorium suum, possidentem iuræ arendæ, bona per illum, ei modo obligatorio inscripta vel pro aliquorum conditionum inscriptionis violatione. Super impossessionatum Tenutarium bonorū Regalium citatio ponēda est in Castro vel in Curia: sed Processus Judiciarius seu perlucra debent

contra impossessionatum, si alicubi possessionem non habuerit: Si possessionē habuerit; super ipsius bona propria debet extendi, non autem super fundum Regalem. H. L. 73.

De Nobilibus impossessionatis quomodo sunt citandi. Vide infra sub verbo Impossessionati Nobiles.

Citationis positio in bonis citati operatur hoc, quod eadem bona in quibus positæ sunt citationes & de quibus citatur Reus, onerantur, & afficiuntur perlucris seu re iudicata. hoc est, exequutio rei iudicatæ fit in bonis iureuicti, in quibus huiusmodi perlucra perducta sunt, secundùm quantitatem æstimationis iniuriæ seu damni illati, & exinde totidem damni sequuti, si non de omnibus bonis ab origine processus citatus sit. Aliás verò in omnibus bonis, si de omnibus bonis ab origine processus citatus est.

Positio citationis non data facit terminum.

A positione citationis fatalia coputãtur.

Citatio ad non competentem Iudicem inualida est, & inualidam citationem nullum habere effectum, etiam in causis ad hæreditarias terras mittendis, certissimi iuris.

Sequitur Processus Iudiciarius certis terminis siue temporibus comprehensus.

Processus Iudicij est (non solùm vt dicunt actus trium personarum qui & in scena potest repræsentari) ordo quidam legitimus, secundùm quem cõtrouersiæ causarum cognitæ, ex bono & æquo celeriter definiantur. Vel est. Actus trium personarum Iudicis, Actoris, & Rei, ac forma & ordo legitimus, certisq; legibus vel consuetudine Iuris præscriptus, secundùm quem actiones definiantur ac determinentur.

Processus Iudiciarius est duplex	Alter quando reus citatus contumax est, seu nõ comparet in Iudicio.
	Alter quando Reus citatus comparet in iudicio.

Termini seu tempora Processus Iudiciarij, quando Reus citatus contumax est, seu non comparet, sunt tres.

Primus terminus est seu primum tempus, ad condemnandum Reum citatum contumacem in Contumacia, in causis pro quibus primus terminus neq; ex lege neq; ex pacto est peremptorius; alioquin ad condemnandum in lucro.

Formam Contumaciæ, Formam lucri, vide in Processu meo.

Secundus terminus seu secundum tempus est, ad condemnandum Reum contumacem in lucro, in causis pro quibus terminus primus, neq; ex lege, neq; ex pacto est peremptorius; alioquin ad astandum terminum concitatum ad satisfaciẽdum, & ministerialem addendũ ad intromissionem acceptandam & remittendum ad loci Capitaneum pro executione rei iudicatæ.

Tertius terminus seu tertium tempus est, in actionibus pro quibus primus terminus neq; ex lege, neq; ex pacto est

peremptorius; ad aſtandum terminum concitatum aliás przypowieſczonego roku/ ad ſatisfaciendum, & ibi in continenti addendum Actori miniſterialem ad intromittendum ipſum in bona (ſi actione perſonali actum eſt) iureuicti ſecundùm quantitatem æſtimationis rei lucratæ ſeu iniuriæ illatæ, & in totidem damni: Alàs verò in omnia bona (ſi actione reali actum eſt in rem ſeu in bona pro quibus actio eſt inſtituta) & in ſummam æſtimationis damni illati; & ad vallandam pœnam quatuordecem marcarum ſuper iureuictum, de non impugnanda, ſed admittenda intromiſsione cum poſſeſsione, admiſſaq; tandem nó præpedienda: ac in caſu intromiſsionis cum poſſeſsione impugnatæ, vel etiam admiſſa intromiſsione poſſeſsionis denegatæ, tam per ſe, quàm per ſuas quaſuis ſubmiſſas perſonas; ad remittendum actorem cum Reo iureuicto ac re iudicata, ad loci Capitaneum ſeu Capitaneos, cuius, ſeu quorum iuriſditi

oni bona iureuicti subsunt, pro exequutione rei iudicatæ facienda, debito Iuris ordine seruato.

Concitationis & astitionis formam vide in Processu meo.

In iudicio Terrestri hic stat processus, postea pro exequutione fit remißio ad officium Capitaneale, vlteriorq; processus est exequutionis.

EXEQVVTIO CAPITANEA-
lis contra Reum iureuictum.

Termini seu tempora processus in exequtione rei iudicatæ in foro exequutionis officij Castrensis Capitanealis sunt tria.

Primus terminus seu primum tempus est ad astandum terminum ipsum, contra iureuictum innotescitum contumacem, & ad exequutionem rei iudicatæ per officium Castrense Capitaneale super iureuicto decernendam (facta probatione ab Actore relatione ministerialis ac nobilium duorum de non

admiſſa actori intromiſsione cum poſſeſsione) pœnam quatuordecim marcarum ratione intromiſsionis impugnatæ luitam, & addendum miniſterialem Actori ad intromittendum eundem, iuxta continentiam decreti Iudicij Terreſtris; & ad imponenda vadia triplicata ſuper iureuictum, de non impugnanda intromiſsione cum poſſeſsione, ac admiſſa tandem non præpedienda.

Formam condemnationis ſuper innoteſcẽtiam & interpoſitionem vadiorum triplicatorum habes in Proceſſu meo.

Secundus terminus ſeu ſecundum tempus eſt ad aſtandum ipſum terminum contra iureuictum innoteſcitum (facta ſimiliter probatione per Actorem relatione miniſterialis & duorum Nobilium de non admiſſa intromiſsione cũ poſſeſsione, ſub vadijs triplicatis interpoſitis) & ad decernenda vadia tripli, cata; Actori & Capitaneo, per medium ſuper iureuicto innoteſcito, & rumationem iureuicti de bonis eius faciendam.

addi-

additurq; Vicesgerens cum duobus Nobilibus, ad rumandum & eijciendum iureuictum de bonis processu oneratis, tum ad intromittendum ; & interponitur pœna banitionis ob denegatam rumationem.

Formam condemnationis super secundam citationem habes in Processu ibidem.

Tertius terminus iamq; vltimus seu tempus vltimum est, ad astandum ipsũ terminum per officium Capitaneale ex instigatione partis iureuictoris (facta similiter probatione de non admissa intromissione, & hoc ex relatione Vicesgerentis & ministerialis ac Nobilium) contra reum iureuictum citatum seu innotescitum contumacem, & ad pronunciandum bannitum & proscriptum de Regno & Dominijs ei subiectis.

Formam citationis ad baniendum & condemnationis in pœna bannitionis habes in Processu meo.

Similiter etiam & complices eius pro vno & eodem termino citari debent,

etiam

etiam ad pronunciandum eos bannitos & proſcriptos de Regno & dominijs ſibi ſubiectis. Quod ſi bannitus bona ſua defenderet, debet vniuerſa Nobilitas Terræ ſeu Diſtrictus illius, vna cum Capitaneo loci moueri cum apparatu bellico, victumq; bonis eijcere & repellere: qui ſi capi poterit, vita illius ſit in gratia Regis, ſimiliter & complicum ipſius, ſi cum eo capti fuerint. Si verò victus bona hæreditaria non habet, ſed tantùm vſum fructuū, executio rei iudicatæ poteſt in vſum fructuum extendi, vt ex illis victori ſatisfiat, citra damnum hæredis.

Contra impoſſeßionatum quomodo in exequutione rei iudicatæ procedendum, vide infra in verbo Impoſſeßionati Nobiles.

Formam ſubleuationis, prorogationis, & relaxationis bannitionis habes in Proceſſu meo. De bannitionibus vide infra in dictione Bannitio.

QVID IN PROCESSV AD INſcriptionem obſeruandum?

1. Inprimis pro fundamento inſcri-

ptio de verbo ad verbum inscribatur.

2. Protestatio de diligentia & succubitione vadij ob non persolutionem summæ. sed hæc iam non est in vsu.

3. Citatio originalis in forma solita.

4. Relatio eiusdẽ citationis positionis.

5. Condemnatio in lucro.

6. Concitatio ad satisfaciendum.

7. Positæ concitationis relatio.

8. Astitit. Additur. Remittitur.

9. Relatio impugnatæ intromissionis post astitionem termini concitati.

10. Innotescentia brachij Regalis.

11. Relatio eius positionis.

12. Astitit terminum brachij Regalis. Ministerialis additur. Vadia triplicata interponuntur.

13. Relatio denegatæ intromissionis, & positionis vadiorum triplicatorum.

14. Citatio pro vadijs triplicatis.

15. Relatio eius positionis.

16. Condemnatio in vadijs triplicatis. Rumatio decernitur. Vicesgerens conceditur.

17. Relatio denegatæ rumationis.
18. Citatio ad banniendum.
19. Relatio positionis eius.
20. Condemnatur in pena bañitionis.

Ministerialis additur ad publicandum. Recognouit se publicasse.

Per litiscontestationem contra successores quid obseruandum?

OBseruanda sunt vt in anteriori omia, excepto si cum successo...bus negotium habeatur, contra illos namq; in primo termino, necessario cotumacia sub nullitate vlterioris processus obtinetur.

Tandem progrediatur vsq; ad lucrũ, modo superiori.

Ante cuius lucri obtentionem terminum partes scribunt, si volunt.

Demum in termino ex scriptione proueniente, datur Actori dilatio ad producendam inscriptionem.

In termino ex dilatione, condemnatur in lucro.

Arestat.

In termino ex aresto, satisfecit dilationi: prosequantur partes inter se.

In prosequutione abrenunciabunt in instanti successioni paternæ in eam iuramenti rotam. Quia bonorum paternorum post mortem eius nihil receperunt, neq; paterna successione gaudere volunt. Et quoniam minorennes citati sunt, ideò officium computatis eorum annis, causam præsentem, ad integram & legitimam annorum ætatem suspendit. Et habent dum pars partem adcitauerit.

Scribatur adcitatio post assequutionem annorum pubertatis.

Condemnantur in lucro super recensitam citationem. Deinde proceditur vsque ad punctum bannitionis, seruatis gradibus quibusuis iuris „superius specificatis. In termino bannitionis, (præcustodita euasione iuratoria citatis super ignorantiam processus ab adcitatione post assecutionem annorum contra se edita, nec ei quicquam dero-

gando)

gando) datur dilatio Actori ad deducendum processum, ab eadem adcitatione incipiendo, inclusiueque in termino moderno consistendo, si vult.

Et habet.

In termino deducendi processus satisfecit dilationi. Euadent citati in instanti. Quia de processu præsenti in causa super se, ab adcitatione contra ipsos post assecutionem annorum edita; & de citationibus eiusdem processus nihil sciuerunt nec quicquam eis constabat.

Tandem ex repositione termini præsentis, dilatione veræ infirmitatis per Nobilem aliquem coram iudicio præsenti facta, datur dilatio eisdem citatis, ad terminos proximos veræ infirmitatis, in quibus iuraturi sunt, cum duobus testibus: iuxta dispositionem statuti.

Et habent.

In termino dilationis veræ infirmitatis prouenientę; additur Ministerialis.

Recognouit Iurasse super veram infirmitatem.

Qua relatione Iudicium exaudita, eidem parti citatæ in causa præsenti procedere decreuit.

In procedendo, additur Ministerialis ad pronunciandam euasionis rotam, super ignorantiam processus latam.

Ministerialis recognouit indultum. Qua relatione Iudicium exaudita, eundem processum Iuris, in contumaciam dictorum citatorum obtentum, cassat: &c. & adcitationem post assecutionem annorum emanatam restituit: partesq; prædictas ad procedendum super eandem adcitationem ad competens officium remittit.

Et habēt dum adcitauerint pars partē

Scribatur adcitatio.

Condemnantur in lucro.

Arestata cum impugnatione ob intēpestiuam arestationem.

In termino ex aresto, officium adinuenit legale arestum: Idcirco partes prosequantur causam.

In prosequutione, additur Ministeri-

alis ad pronunciandam rotam iuratoriam abrenunciationis.

Recognouit iurasse &c.

Qua relatione officium exaudita, eosdem ab impetitionæ totæ causæ liberos facit, &c. Salua Actori reseruata actione cum possessoribus bonorum pro præmissis iure agendi, nulla obstante præscriptione.

In processu per controuersiam quid obseruandum?

Inscriptio & protestatio.

Citatio illiusq; positio præcedant.

Per Procuratorem datur dilatio Actori ad probandam termini præsentis positionem.

Et habent in duabus.

In termino ex dilatione prouenien te, officium adinuenit Actorem dilationi satisfecisse; proinde partes causam prosequantur.

In prosequutione liber citatus: ex quo in vim deducendi contentorum recensitorum citationis, nec inscriptionē

in con-

in continenti reproducit, nec se ad eam exhibendam recepit Actor.

Scribatur adcitatio vigore Decreti libertatis.

Liber citatus ob non probatam adcitationis positionē. Verum citet denuo si vult.

Iterum adcitatio extradatur.

Relatio positionis.

Scribunt terminum Actor personaliter, Citatus vero per Nobilem aliquem ad duas.

Et habent.

In termino ex scriptione prouenientē; condemnatur in lucro.

Concitatio eiusq; positio.

Astitit. Additur. Remittitur indifferenter.

Arestata.

In termino ex aresto incidente; soluet in duabus luita pœna; à qua ex interesse officij quietatur.

Et habent.

In termino solutionis datur Actori di

latio ad proximos, ad deducendum processum.

Et habent.

In termino dilationis; satisfecit dilationi pars actorea: prosequatur causa.

In prosequutione scribũt ad duas per procuratores, si placet.

Et habent.

In termino ex scriptione. Astitit.

Additur. Remittitur indifferenter.

Denegata intromissio post terminum concitationis astitum.

Innotescentia exequutorialis.

Positio eius.

Liber ob intempestiuam innotescentiæ positionem. Citet tempestiue si vult.

Adcitatio. Eius positio.

Ex quo legitimam termini deductionem comprobauit, causa prosequatur.

In prosequutione datur Actori dilatio ad munimenta.

Et habent in duabus.

In termino ex dilatione scribunt ad duas.

In termino scripto. Astitit terminum Innotescentiæ. Additur Ministerialis. Vadia triplicata interponuntur.

Denegata intromissio.

Relatio positionis vadiorum triplicatorum.

Citatio pro vadijs triplicatis.

Condemnatur in vadijs triplicatis.

Rumatio decernitur. Vicegerens additur. Et hic itidem Ministerialis recognouit se posuisse, &c.

Arestat.

In termino ex aresto scribũt ad duas.

Et habent.

In termino scripto, datur dilatio Actori, ad reproducendam relationem denegatæ intromissionis post astitionẽ Innotescentiæ exequutorialis, ad duas.

Et habent.

In termino ex dilatione; satisfecit dilationi actor. Prosequatur causa.

In prosequutione, siquidem litis cõtestatio hac in causa intercessit, cum controuersias inter se agitabant; ac an-

terius inſcriptionem, actór reproduxerat; ideò adinuenit non teneri ad reproducendam iterum inſcriptionem Actorem; citatoq; procedere decreuit.

In procedendó; datur citato ad duas dilatio ad quietationem.

Et habent.

In termino dilationis ad quietationem; condemnatur in vadijs triplicatis, Rumatio decernitur.

Vicesgerens additur. Rumationis relatio.

Citatio ad banniendum.

Poſitio citationis.

Miniſterialis additur ad publicandũ.

Recognouit ſe publicaſſe.

Areſtat.

Ex areſto, perſonaliter iurabit quia rumationem non denegabat in proximis: & nihilominus dabit &c. ſub pœna bannitionis.

Et habent in alijs terminis.

In termino iuramenti in pœna bannitionis condemnatur. Additur. Recognouit publicaſſe.

Proceſ-

Processus contra impossessionatum ad terminos Castrenses.

COntumax. Lucrum. Astitio. Citatio ad baniendum. Relationibus adhibitis.

Processus ad iudicia querellarum pro exdiuisione.

AStitit terminum querellæ primæ.

Astitit terminum querellæ secundæ.

Reintromissio seu exdiuisio decernitur.

Vadium primarium Capitaneale 120. marcarum interponitur.

Innotescentia ad decernendum vadium primarium,& vlteriorem exequutionem.

Vadia triplicata, & bannitio, vt in superioribus.

Item, Processus Iudiciarius est, cùm Reus citatus comparet in Iudicio.

PRimus & secundus termini seu tempora, alteruter istorum terminorum, scilicet primus & secundus, in vtrocunq;

ipſorum reus citatus comparuerit eſt: vt vel dilationibus vtatur, aut exceptiones opponat (ſi quibus abundat) dilatorias ſeu temporales, vt totum negotium ſimul iugulet peremptorium.

Si verò vſum dilationum reſpuat: exceptiones nullas habeat: ſuper citationem directè reſpondeat, ſcilicet, affirmando vel negando.

Quemadmodum enim exceptiones in triplici genere ſunt poſitæ, ita in decreto quolibet, tres de iure & conſuetudine inſtantiæ debent obſeruari videlicet procede,reſpōde, directè reſpōde.

Ante decretum reſpondendi introducuntur exceptiones fori declinatoriȩ.

Ante decretum directè reſpondendi rurſus dilatorijs ſiue etiam peremptorijs vti poteſt citatus.

Poſt decretum verò directæ reſponſionis, aut factum eſt agnoſcendum & ſatisfactio offerenda, euadendo pænam & vadia, aut negandum & ad teſtes vel ad euaſionem ſeſe trahendo,aut perem-

ptoria aliqua exceptione vtendum: alioquin nisi citatus sic processerit, sed tergiuersationibus & multis exceptionibus vti voluerit, amplius non erit audiendus, sed tanquam super rebellem & contumacem erit procedendum, nimirum satisfactio iuxta exigentiam causæ super eo decernenda.

Quod si tam in primo quàm in alio quouis termino ommissis omnibus exceptionibus, citatus prima fronte litem esset contestatus, & directè ad obiecta actoris respondẽdo in causa sua succubuerit; iamq; ex cõtrouersia sua decreto Iudicij in re principali esset condemnatus; tunc lucrum super illo est decernendum, seu satisfactio iuxta naturam & exigentiam causæ, vel in instanti, vel tẽpore præfixo, sub vadio si agitur ad citationem, vel sub taxa in citatione expressa, vel sub vadio primario, vel sub pœna quatuordecem marcarum. Et in Iudicio quidem Terrestri, Vadium, Taxa & pæna non exnunc interponuntur; in Iu

dicio verò Tribunalis regni iam exnunc decernitur, vel in instanti durantibus Iudicijs, vel coram Officio Castrensi in quatuor septimanis præfigitur terminus, & causa pro exequutione vlteriori ad loci Capitaneum, vel Capitaneos remittitur, neq; in hoc passu concitatio est necessaria.

Quod si taxa, Vadium, pœna, iam ex nunc esset decreta, in deffectu satisfactionis, tunc simul Ministerialis cum Nobilibus ad intromittendũ in re principali, vadio, taxa, pœna est addendus, & causa pro exequutione remittenda. Quod si Vadia, taxa vel pœna per Iudicium nõ esset iam exnunc decreta, sed tantùm interposita; non est necessaria additio ministerialis cum Nobilibus, ad intromittendum, sed tantùm remisśio pro exequutione. In deffectu verò satisfactionis illi decreto, tunc pro vadio, taxa, ac pœna interposita, pars iureuicta citanda erit ad officium vbi causa remissa; coramq; officio cognitio erit, vtrum iu

reuictus vadium, taxam, pœnam succubuit, & sic decerneretur illũ succubuisse; tunc decernendus erit vlterior processus ad hoc videlicet, vt citatus sese offerat, vel ad persolutionem rei principalis, & pœnæ; vel ad dandam intromissionem, tam in re principali, quàm in perlucris in bona sua, vel vt daret fideiussionem de soluendo. Quod si iniuriatus ad id se submittit præfigendus erit terminus: & nihilominus vadia triplicata rei principali & perlucris correspondentia erunt interponenda. Quod si vadia triplicata essent decreta, & in exequutione Processus per contrarium produceretur; tum secundùm ius, pœna bañitionis est interponenda & demum super rebellem decernenda.

De exceptionibus quo ordine inducantur.

QVemadmodum actoris arma sunt actiones, ita rei exceptiones, quibus intentionem actoris excludat.

Sunt autem 1. Declinatoriæ fori. 2.

Exceptiones dilatoriæ. 3. Exceptiones Peremptoriæ.

Exceptiones declinatoriæ ſunt, quæ mutant forum, aut Iudicij authoritatem impediunt & ſuſpendunt.

Hæ autem colliguntur.

1. Ex parte fori & iuriſdictionis.
2. Ex parte perſonæ Iudicij.
3. Ex parte Actoris.
4. Ex parte Procuratoris.
5. Ex parte rei ipſius cauſæ.
6. Ex parte citationis.

De quibus vide Proceſſum meum Iudiciarium ſub titulo de exceptionibus.

Exceptiones dilatoriæ ſunt quæ cauſam ex contractu ſeu pacto, ex legis diſpoſitione ſeu Iudicis ſententia in aliud tempus vel locum differunt & prorogant. Huc pertinent dilationes variæ, quæ non perimunt cauſam ſed terminũ prorogant & differunt. Harum autem exceptionum ea eſt natura vt primo exceptiones declinatoriæ, deinde dilatoriæ introducanrur, omnes autem debẽt

indu-

induci ante litis contestationem: exceptiones verò peremptoriæ inducuntur post litis contestationem quibus reus conatum Actoris perimere & diluere intendit.

Dilationes quæ ante litis contestationem petuntur hæ sunt.

1. Propter minorennitatem: conceditur ob teneram Actoris & Rei ætatem.

2 Propter veram infirmitatem: ob aduersam valetudinem alterius litigantiū.

3. Ad Ministerialem, vel propter eum statuendum vel relationem eius ex actis producendam, qui aut citationem posuit, aut quidpiam sibi protestatum recognouit.

4. Pro maiori datur dilatio propter actionem pro maiori summa, vel negocio, in aliquo alio Iudicio vel officio eodem die habito.

5. Propter absentiam causa Reipub cùm quis aut legationem extra Regnū obit, aut ad aliquod publicum negocium peragendum deputatur.

6. Ad munimenta literatoria dilatio explicatione non eget.

7. Ad Euictorem datur dillatio citato prouocanti in materia actionum personalium, aut reali petitoria fundi bonorum immobilium ad probandum munimentis se posse habere Euictorem; aut in materia actionis pro fideiussione verbali, aut venditione rerum mobilium.

8. Dillatio ad visionem cùm quis ad inspiciendum iniuriæ illatæ locum ablegatur.

9. Ad Srutinium. Quando prorogatur tempus, ad inquirendam rei vel facti veritatem.

10. Dillatio ad deliberandum. Est prorogatio temporis, quæ datur à Iudicio ad secedendum cum Aduocatis & amicis consilij capiendi gratia; Citato quidem, quoad propositionem Actoris dignè respondeat: Actori verò quid ad citati exceptionem replicet.

11. Dilatio ad quietationem. Est cùm Reus reijcit se probaturum quietatione

per actorem sibi facta, vel de re pro qua citatur, vel de processu iuris instituto, se exemptum esse.

Per nuncium petitur dilatio propter veram infirmitatem, pro maiori, & in causa absentiæ propter negocium Reipub. Reliquæ dilationes prænominatæ possunt peti per Procuratorem.

In quibus casibus dantur hæ dillationes in quibus non; habes copiosißimè in Processu meo sub titulo de Dilationibus.

Dilationes extraordinariæ.

Termini scriptio.

Compromissum.

Vide de his latius Processum meum sub titulo. Dilationes extraordinariæ. vbi etiam dilationes adulterinas & abrogatas inuenies.

De litis contestatione vide ibidem sub titulo sexto. De probationibus ibidem sub titulo septimo: de apellationibus, sub titulo octauo: de præscriptionibus sub titulo nono: vbi ea latißimè tractantur.



FLOSCVLI LEGVM REGNI POLONIAE.

Ex Statutis & Constitutionibus singulari studio & opera eiusdem Theodori Zawacki, vsq; ad Constitutiones Anni 1613. inclusiuè per communes locos digesti.

ABBAS.

ABbates & Prępositi ex Nobilibus creentur: in deffectu verò Nobilium Plebei eligantur modo sint Poloni. Herbort Latinus. Fol. 2.

Post mortem Abbatis vel Præpositi Regularis, loci ordinarij bonum ordinẽ Monasteriorum curent, prouentibus in potestate Monachorum relictis. Electionem verò Episcopi, morte Abbatis defuncti Regi significata, quamprimùm indicant, de eoq; cum Rege communicent, & consuetudinem veterem obseruent: electum competenter Regi significent

gnifi-

gnificent, eumq; à Rege præsentatum instituant. Quod si quis in contrarium Abbatiam inuadat, pœnis in Corthisianos Constitutionibus Annorum 1538. & 1540. sancitis subijciatur, idq; in Conuentione Generali ad cuiuscunque instãtiam. Const. 1588. *fol.* 40.

Abbates tenentur certum numerum Nobilium puerorum fouere in monasterijs, & illos inibi hominibus doctis artibus dare instruendos, iuxta quod vnicuique Abbati Domini Episcopi illorum bonorum consignabunt & nominabunt. H. L. 3. 4.

Episcopus Posnaniensis ad consecrationem Abbatis Lubinen. non procedat nisi Regia M. ad eandẽ consẽtiat. H. L. 1.

Conuentus Lubinensis Abbatem electum Regi præsentet. H. L. *Ibid.*

Poloni ad Monasteria Regni (nisi priuilegia Germanorum obstent) suscipiantur. H. L. 2. 3.

Nemo in Abbatem eligatur nisi Nobilis Polonici ex patre & matre generis, &

homo idoneus. H. L. *Ibid.*

ACTIO.

ACtiones in Iudicijs si vno die absolui non possunt in aliam diem differantur. H. L. 129.

In iudicijs actiones iuxta Regestrum vocentur: ordinem actionum Notarius ne confundat, sub priuatione officij, absentes remoueantur non condemnentur tamen, reliqui interea audiantur, quod si Iudice surgente absens iterum ter vocatus non paruerit condemnetur. H. L. 128.

ACTOR.

ACtiones in fine Iudicij debent condemnari, alioquin condemnato non nocebit condemnatio. H. L. 55.

Duobus actoribus nemo respondere tenetur pro vna eademq; re, donec inter se experiantur, vel conueniant. H. L. fol. 5.

Actor terminum amittens non obstante nouo emergente actore, potest meliori citatione causam suam renouare, eamque continuare non obstante interceptore actionis. H. L. 5.

Actore sese ad comprobandum trahente, reo verò simpliciter negante, propior est actor ad probandum, sed si reus sese quoque ad euasionem trahit, euadat, exceptis causis in quibus ex præscripto iuris, actori cedit probatio. H. L. 5.

Actor in primo termino non comparens causam perdit. H. L. 5.

Actor si causam suam, siue post pœnã Contumaciæ, siue post terminum lapsum non reuificat intra annum & sex septimanas, amittit id pro quo citauerat, excepta terminorum suspensione, si quæ ex iusta causa acciderit. H. L. 4.

Actor sequatur forum Rei. H. L. *Ibid.*

Actor lucratur pecuniã aut hęreditatẽ pecunia reo restituta, si citatus pro hæ-

reditate aut pecunia obligata in termino perēptorio non comparuerit. HL 92.

Actore absente, neq; Rex, neq; Capitaneus, in causis criminalibus iudicet, nec quenquam condemnet nisi confessum aut conuictum. H. L. 4.

Sine certo Actore nemo agat, neque procuret: sub pœna trium marcarum. H. L. *Ibidem.*

Actori semper est terminus peremptorius: & propter hoc semper debent esse parati H. L. 200.

Actori super damno illato, medio iuramento incumbit probatio. H.L. 200

Vbi Actoris & rei iura dubia sunt, pro possessore iudicatur. H. L. 188.

ACTA.

Liber Actorum Terrestrium seruetur sub tribus clauibus, quarum vna sit penes Iudicem altera penes Subiudicem Tertia penes Notarium Terrestres. Peracto verò Iudicio in loco Iudicij tribus diebus cuiuis pateant. H. L. 6.

Actorum positio publicetur, & etiam sub Comitijs celebretur. H. L. *Ibidem.*

Actorum liber sit vnus in quolibet districtu, in quem decreta inscribantur, vt similes causæ similibus decretis decidantur. H. L. *Ibidem.*

Acta Terrestria & Castrensia præscriptiones habeant iuxta statuta. H. L. 188.

Libri Actorum Castrensium, vacante Capitaneatu ex illo loco non efferantur, sed in prætorio sub clauibus Palatini Iudicis & Vicecapitanei pro tempore existentis seruentur. H. L. 6.

ACCESSORIVM.

Ab Accessorijs quæ amißionem causæ non ferunt, Iudex non moueatur; in ijs verò quæ causam perimunt, ita moueatur, vt appellans in negotio principali in illa instantia, ad quam prouocat, procedere sit paratus. H. L. 5.

A decretis in accessorijs latis, citati soluant, etiamsi contra illos decernatur. Const. 1588. *fol.* 57.

Ab accessorijs appellationes non admittantur quæ principalis negotij amissionem non continent, pro quo Iudex ex officio pro damnis citari non debet, sub pœna duplici quatuordecem marcarum; ad prosequendam tamen appellationem citari potest. *Vide infra in dictione. Appellatio.*

ADVITALITAS.

ADuitalitates in bonis Regalibus concessæ approbantur, nisi sint iuri contrariæ. H. L. 7.

Aduitalitas in bonis Regalibus nemini concedatur, nisi prius aliquid ex summa in illis bonis inscripta remiserit, vel extenuationem susceperit, Const. 1565. *fol.* 48.

Quod ita postea declaratum est, vt is qui aduitalitatem impetrat, quartam partem summæ remittat. Const. 1566. *fol.* 70.

Hæc autem quarta pars ita computari debet, vt tota summa in quatuor par-

tès distincta, vna pars remittatur, ita vt quælibet summa post quatuor aduitali tates extinguatur; quintus verò posses- sor ad Thesaurum respondeat, & quar tam soluat. Const. 1588. *fol.* 42.

Aduitalitas in bonis antiqua summa oneratis concessa valeat. Quod si patri cum filijs data est quamuis filij non sint specificati vnus ex filijs aduitalitate gau- deat. Const. 1562. *fol.* 11.

Aduitalitas duobus pluribusué fratri bus coniunctim vel diuisim concessa, vbi quilibet pro sorte sua posidet, tandem que vnus moritur, reliqui non in sortem ipsius, sed in summam duntaxat succe- dant, sors verò defuncti exemptioni subiaceat. *Ibidem.*

Aduitalitas marito cum vxore data, etiamsi alter decesserit superstiti seruiat. *Ibidem.*

Si quid bonorum Regalium conces- sum est cuipiã, ad certum temporis spa- tium, totum illud tempus, ad vitam dũ- taxat vnius personæ ex nunc posidentis

computari debet *Ibidem.*

Aduitalitium vsum bonorum inscribere viro non prohibetur vxor. HL. 125

Aduitalitatum literæ firmiter teneantur.. H. L. 7.

Aduitalitates Capitaneatuum, tenutarum & arendarum ad vitam concessæ vnicuique teneantur. Const. 1562.

ADVOCATIÆ.

ADuocati & Sculteti aduocatias suas absq; consensu Dominorum suorum alienare non debent sub amisione summæ, Domino vel Regi applicandæ. Petentibus tamen consensus ad oppignorandum non negabitur, à quo à singulis centenis florenorum Cancellariç debentur grossi 15. H. L. 249.

Aduocatiæ, Sculteti æ, Mineræ seu conflatoria, tam feraria quàm vitrearia, molendina, exemptioni obnoxia sunto, vbi aduitalitas non intercesserit. Const. 1563. fol. 22.

Aduocatiæ quæ non sunt incorpo

ratæ ad Capitaneatus, non coniungendo eos cum Capitaneatib us, vt seruitiũ militare non minueretur, bene meritis, tam in Regno quàm in Ducatu Lithuaniæ conferantur. Const. 1607. fol. 14.

AGER.

AGrum alienum violenter seminans seminibus careat cum pœna trium marcarum. H. L. 8.

Agri, horti, & scultetiæ desertæ, contributiones non soluant. H. L. 63.

ANNATÆ.

ANnatæ ne dentur amplius Romam, sed in defensionem Reip. conuertantur. H. L. 8.

Annatæ in thesaurũ cum quarta referantur sub pœna duplicis annatę, Const. 1569. fol. 75. & Const. 1576. fol. 153.

Quilibet Archiepiscopus, Episcopus, qui à Rege beneficia obtinebunt talem summam, qualem Romam nomine annatis dabant dare tenentur, ex Regno Poloniæ ad thesaurum Regni, ex Lithua

nia ad thesaurum M. D. Lith. anno elapso post expeditionẽ Sacre ad defensionem Reipub. sub pœna duplicis summæ, de bonis mobilibus & immobilibus proprijs; in deffectu vero, de prouentibus & reditibus repetenda pro qua instigator Regius ex delatione officialium thesauri Regni sine intermissione, sub pœna solutionis de suo ex instantia Nunciorum Terrestrium in Comitijs; agere debet. Thesaurarius verò Regni hanc pœnam Rauã, inferre debet, Lithuaniæ verò ad defensionem Reipub. conuertere tenetur. Const. 1607. fol. 9.

APPELLATIO.

Appellare cuilibet liceat, appellationem tamen prosequens tres marcas Iudici ante omnia numeret, quas illi Iudex (si retractata sententia fuerit) restituat, cum pœna trium marcarum. H L. 241.

In prosequutione appellationis, si sẽtentia Iudicis retractatur, appellanti tres marcæ, quæ Iudici debebantur, restitui debent. Si verò approbata fuerit

eas Iudex accipiat. H. L. 240.

Olim à Iudice Terreſtri vel Caſtrenſi verbo appellabatur ad Comitia, vel ad terminos generales, abſque motione Iudicis. H. L. 9.

Deinde verò motio reſtituta eſt ſuo loco cũ formula mouẽdi Iudicis. HL. 166

A Iudicio Caſtrenſi omiſſo Capitaneo ad Conuentum, ab officio verò poſt Curiã motio interponebatur. HL. 10.

Iam verò Iudices Terreſtres & Caſtrenſes mouentur ad Iudicia Tribunalis Regni. Conſt. 1578. fol. 184.

Ab acceſſorijs, quæ amiſsionem cauſæ non ferunt, iudex moueatur; in ijs verò quæ cauſam perimunt, ita moueatur, vt appellans in negotio principali in illa inſtantia, ad quam prouocat, reſpondere ſit paratus. H. L. 3.

Appellatio non admittitur in cauſis iniquè exacti Thelonei: adminiſtrationis iuſtitiæ: ademptionis bonorum obligatorum: ad inſcriptionem. Vltra ea quæ hic de appellationibus habemus, vi-

ium quoque cum retinemus, quod non admittente Iudice appellationem Ministeriali protestamur, & tandem ad superiorem Iudicem, ad quem prouocabamus. Iudicem illum pro denegata appellatione, & partem aduersam ad prosequendam eandem appellationem per literas citationis vocamus, & ita ad prosequutionem appellationis admittimur.

Appellationes in accessorijs, quæ tantùm terminum aut citationem tangunt, non admittuntur, nisi sit tale quod amissionem causæ sapiat. Iudex verò ratione præmissorum pro damnis ex officio nó citetur, sub pœna duplici quatuordecem marcarum, nisi ad prosequendam appellationem. Const. 1588. fol. 57.

Appellans in accessorio, iam reuocare appellationem non potest, sed eam prosequi coram Tribunali, & ibidem in principali procedere tenetur. Cost. 1588 folio 52.

In termino motionis nullæ dillationes concedantur, excepta veræ infirmi-

tatis

tatis in actione personali, si ea pars non-dum vsa est, quæ tamẽ non nisi ad quindenam concedatur, cui ibidem satisfieri debet, cum vlteriori causæ processu, etiamsi actiones illius Palatinatus determinentur. Ibidem fol. eodem.

Appellationes quæ in causis redemptionis bonorum obligatorum interueniunt, non expectato proprio Palatinatu, inter causas officij in Iudicijs Tribunalis interponantur, terminus sex septimanarum præfigatur. Const. 1588. f. 29.

Sed iam singulis ferijs quintis ex seorsiuo Regestro iudicari debent. Const. 1611. f. 13.

Sententia, à qua appellatum non est, transit in rem iudicatam. H. L. 10.

Appellatio in causa obstaculi non sub lati inconcessibilis. Const. 1562. fol. 17.

Appellatio in causa contributionis non admittitur. Const. 1565. fol. 22.

Appellatio in causa captiuationis Nobilis non admittitur. Const. 1588. f. 30.

In causis & articulis criminalibus ad Tribunal appelletur. Const. 1578.

Apes.

APES.

APes si Kmetho in fundo alterius Domini habeat, nomine tributi, per Dominum sub quo apes habet, pignorari & iudicari potest, quod dominus Kmethonis impedire non debet, instar communis molendinatoris. H. L. 9.

Accusatus pro furto apium, vel melis si bonæ famę est, & asserit proprium mel se tulisse iuramento euadat. Præsertim vbi Actor per visum furtum non probat. H. L. Ibidem.

Cum apibus arborem succidens, vnam marcam passo damnum soluat, Iudicio alteram; sine Apibus aptam tamen apibus succidens, passo mediam marcam, Iudicio totidem soluat. HL. Ib.

Apisteria non habeant subditi Nobilium in bonis Regalibus. Const. 1550. f. 3.

ARBOR.

ARbor fructifera quælibet 12. grossis soluatur cum pœna trium marcarum H. L. 220.

Quer-

Quercum ad axem valentem excindens, vel minoribus quercubus alijsué lignis currum implens, pœna trium marcarum puniatur. Idem ibidem.

Plantationes si quis euulserit etiam proprias (earum enim medietas fundo debetur) sex marcis puniatur. H. L. 183

Si quis transgressus limites, ligna inciderit, primo in securi, secundo in tunica, tertio in bobus, vel equis pignoretur. Pignorans verò vno boue vel equo pro se relicto alium ad fideiussoriam dimittat, signato loco damni in arbore. Pro quercu vna vel duabus furtim cæsis per sex scotos, pro tribus tres fertones debẽtur, cum pœna trium marcarum parti & Iudicio totidem. Si verò propagines tãtum inciderit, quatuor scotis liberetur, idem de quercubus aquaticis. Pro quercu in merica cæsa, duo scoti soluantur, si ramos duntaxat inciderit pignoretur tãtum. Pro arbore cum apibus vna marca, pro arbore verò sine apibus, apta tamen apibus, media marca & Iudicio to=

tidem debetur. H. L. 220.

Preciosorum lignorum excisor capiatur & detineatur, donec fideiussores det. H. L. 244.

ARCHIDIACONVS.

ARchidiaconus & alij Prælati dum visitant, modum euectionum non excedant, neque subditos depactent. Rectores quoque Ecclesiarum pro Sacramentis nihil exigant, alioquin puniendi H. L. 253.

ARCHIEPISCOPVS.

Vide in meo Speculo Senatorũ ac Officialium Regni Poloniæ, sub verbo Archiepiscopus.

ARESTVM.

ARefta à condemnatis, eadem die, ad horam vigesimam tertiam suscipiantur, excepta vltima die Iudiciorum: ab aresto autem Nobilis vnum grossum soluat. Const. 1588. fol. 58.

ARESTATIO.

CIrca redemptionem bonorum homi-

ni possessionato pecunia ne arestetur, ni si minorem habeat possessionẽ. H. L. 11.

Arestatos impossessionatos Nobiles, ij tantũ ad Castrense Officium statuere debent, qui eos in domibus proprijs arestatos, in instanti non extradiderint, vel ab eis non recesserint, eosuè domo sua non eiecerint. Const. 1588. fol. 35.

BANNITVS.

BAnniti legitimè condemnati sicut Polonici in Lithuania, ita & Lithuanici in Polonia locum non habeant, imò officia exequutionem in illos extendant. Const. 1589. fol. 37.

Bona Banniti infra octo Menses sublevationem non impetrantis, & de malè obtento non agentis Capitaneus apprehendat donec Actori satisfiat. Ex prouentibus verò illorum, Castrum ædificet, & nihilominus sub pœna 300. marcarum proscriptũ capiat cuius vita sit si ex causa criminali bannitus fuerit, in gratia Regis, si verò ex Ciuili iuxta statuta. Const. 1563. fol. 30.

Bannitos & proscriptos Capitanei in Nobilium curijs non capiāt inuitis Dominis, qui etiamsi in captionem consenserint ea tamen citra omne damnum fiat. Quod si capi bannitū Nobilis non permiserit, debet officium eo nomine protestari, & iure tandem agere. In alijs verò omnibus locis, liceat bannitum detinere & in fundum turris inijcere donec parti satisfaciat. Quod & ipsi iureuincenti integrum esse debet, qui captum Capitaneo præsentari debet. Porrò ij qui proscriptos asseruant, vel eis auxilio vel consilio sunt, cum eisque in Iuris communis leuipendium comunicant, ad Iudicium Castrense citari, & pœna complicitatis puniri debent, salua euasione citati. Const. 1588. fol. 36.

Bannito si cum parte iureuincente componat & quietur relaxatio ex Cancellaria dari debet, quam intra duodecem septimanas post quietationem petere debet, interea verò vbiq; standi & inscriptiones faciendi locum habebit

iureuictus in qualibet inſtantia, & iam in ipſo bannitionis termino malè obtē=tum deducere tenetur, ad ſpecialem a=ctionem malè obtenti non prouocando Quo caſu appellatio ad Tribunal ad=mitti debet. Quod ſi Tribunal bene ob=tentum eſſe proceſſum adinuenerit, & iureuictū proſcripſerit, ſublatio ſic pro=ſcripto non dabitur, habebit tamen poſt bannitionem tempus duodecim ſepti=manarum, ad tentandam tranſactionem cum iureuincente, ſub quo tempore re=cognitiones alienationesq; bonorum ad compoſitionem illius negocij ſeruien=tes facere poterit. alioquin niſi rem cō=poſuerint, Capitaneus ad exequutionē procedat. Quod ſi bannitio in contu=maciam facta ſit, poterit bannitus, vo=cato ad Tribunal Capitaneo, & parte adhærente, ea ſeſe eliberare per iura=mentum etiamſi ſubleuationem non ha=beat: ſi etiam per ſententiam definiti=uam, bannitione quis liberetur; ei rela=xatio neceſſaria non erit. Bannitio in

contumaciam obtenta, si cuipiam obijciatur, probet se de ea nesciuisse, & locum standi habeat, deinde verò nihilominus bannitione modo supra scripto se liberet. Const: 1588. fol. 39.

Subleuationis bannitionis prorogationem impetrans ad Iudicium Castrēse partem vocet, & doceat se nihil omisisse quo minus de malè obtento ageret, id nisi fecerit, prorogatio nulla. H. L. 13.

BELLVM.

Bellum non nisi in Comitijs decernatur, vbi tamen necessitas ingrueret Rex expeditionem iubeat. H. L. 13. *De hoc vide etiam Const. 1613. fol 2.*

Rex bella offensiua sine consensu & scitu omnium Ordinum vicinis non inferat, excepto si Regiā M. (*Dij auertant*) aut fœderis violatione aut aliquo insperato & subitaneo impetu ad inferendum prouocarent. Const. 1611. fol. 2.

Conuentus particulares in locis solitis præcedant expeditionem bellicam

neq; ad

neq; ad eam immutandam conuentus indicantur H. L. 18.

Bellum Rex absq; Senatu non decernat. Const. 1576. fol. 147.

Clerici de bonis paternis ad expeditionem bellicam eant, aut bona resignēt, alioquin confiscabūtur. H. L. 249.

Iniuriam suam nemo vlciscatur, neq; bellum sine consensu Regio inferat, neq; cum domesticis guerras excitet, alioquin damna omnia hoc nomine accepta reffundet, si verò soluendo non fuerit, in corpore puniatur. H. L. 105.

Si quis aliquas inobedientias contra Ius commune vel gueras Regno & Regi damnosas moueat, in Iure Terrestri non contentus, contra talem omes consurgere debent, in eius destructionem sub fide & honore, neq; illi consilio auxilioué patrocinari, etiamsi sit consanguineus vel amicus. H. L. 106.

Literæ Restium ternæ bello præmittantur. H. L. 13.

Vnæ tamen pro binis ne dentur, ni-

si ita in Conuentu sit costitutũ. H. L. 223.

Filium vel fratrem indiuisum adultum & armis aptum habens, potest eum etiam absq; Regia licentia ad expeditionem in locum suum mittere, modò ita eum expediat, sicut solus ire debuit. H. L. 16.

In diuersis terris bona habens ex ijs bonis ipse militet, in quibus eum restium literæ præuenerunt. Ex alijs verò per alium vices suas expleat. H. L. ibid:

Æger qui in bellum ire non potest Castellanis præsentetur, cum quatuor testibus super vera infirmitate iuret, nisi iurauerit, bona ipsius alteri donentur, & ille nihilominus expeditionem faciat. H. L. 14.

Ab expeditione nemo liberetur, nisi ægroti, senio confecti, negotia Reipub. obeuntes, & Vicecapitanei arcium vbi Iudicia celebrantur, & earum quæ sunt in confinio. H. L. ibidem.

In expeditione bellica & exercitio rei militaris, Nobilis sponsione fidei ob

stringi

ſtringi poteſt. H. L. 260.

Ab expeditione liberantur, illi qui ſtudiorum gratia ſunt extra Regnum, modò per idoneas perſonas vices ſuas obeant. Conſt. 1576. Fol. 153.

Quilibet ſub certo vexillo militet, neque ſtationes ſeorſiuas faciat, aliàs per Succamerarium capiatur & Regi præſentetur, cuius equi Succamerario debentur H. L. 24.

Sculteti omnes tam ſpiritualium quã ſecularium militent. H. L. 249.

Nobiles ſecundùm quantitatem ſuorum bonorum militent, modò bona habeant libera, extra metas tamen Regni non militent. H. L. 15.

In expeditione captis vel damna paſſis extra Regnum Rex ſatisfaciat. HL. 16.

Nemo ex indigenis Regni priuata authoritate contra vicinos in contiguitate manentes, milites colligat ſub pœna criminis perduellionis. Conſt. 1607. fol. 38. Et Conſt. 1609. fol. 6. Et Conſt. 1613. Folio 2.

Bona

BONA OBLIGATA.

BOna obligata intra triginta annos redimi possunt, modò obligatio quolibet quinquennio vel decennio innouetur. H.L. 173.

Bona dotis nomine obligata vel ex decreto Iudicij in possessionē data, itidem & ea quæ in vim redēptionis inscripta sunt, semper redēptioni obnoxia sunto præscriptione etiam longissimi temporis interueniente. Const. 1598. fol. 30.

BONA REGALIA.

BOna Regalia non nisi communi ordinum consensu in Conuentione Regni pro Reipub. necessitate alienentur, idq; cum extenuatione; alioquin si quispiam citra extenuationem pecuniam super bona Regalia dederit ipso facto & pecuniam perdat & honorem. H. L. 28.

Statutum hoc de non alienandis bonis Regalibus, ita intelligi debet, prout in se sonat: idcircò omnes donationes perpetuæ, concessiones, feuda, venditi-

ones bonorum Regalium, post latam hanc legem, factæ, deniq; & fundationes Ecclesiarum in omnibus Terris, & Ducatibus Regni nec non Prussiæ Zatoriensi & Oswiecimensi cassantur & abrogatæ sunt. Feudis Ducum Prussiæ saluis. Const. 1562. fol. 10.

Literas super bona Regalia si quis amiserit, coram Capitaneo loci illius, intra vnius anni decursum protestetur, alioquin ad renouationem perpetuò non admittetur, probatio tamen amissionis coram Rege fiat. H. L 150.

In redemptione bonorum Regalium literæ & inscriptiones diligenter considerentur, de quibus Rex cum Consiliarijs cognitionem faciat, grauato liceat prouocare ad Conuentum. H. L. 26.

In redemptione bonorum Regalium literæ ita inteligantur, vt quicquid specificatum est illud teneat, quod si generalitas aliqua speciem sequitur, ad speciem duntaxat referatur: vbi verò in Priuilegio specialis mentio facta non est

Thelonei, currus bellici, fumalium, stationis, iurispatronatus, iuri Regio reseruantur. Generales autem inscriptiones omnia complectuntur. H. L. 26.

Nobiles literas super bona sua proferre non tenentur, nisi omnino appareat esse Regalia alioquin res dubia & perplexa ad Conuentū remittatur. HL. 151.

In redemptione bonorum Regalium homini possessionato, vel impossessionato fideiussores danti, pecunia non arestetur, sed iure Terrestri contra ipsum agatur. Rumationis tempus sex septimanarum ad res proprias habeat exemptus. Quod si quispiam præter Regem bona redimit, exemptio in districtu fiat: terminus verò redimendorū bonorum Regaliū, sit à positione citationis sex septimanarum. H. L. 151.

Literas quæ alienationem bonorum Regalium, donationes, obligationes, venditiones, feuda in se contineant. Cancellarij non extradant, sub priuatione officij. Const. 1562. fol. 13.

Bona

Bona Regalia in hæreditatem aut feudum nũquam conferantur. Quod si ea in summis obligari contigerit, id fiat in Conuentione Regni Generali, propter grauem Reipub. necessitatem cum consensu Senatorum, atq; Ordinum Regni idq; ad extenuationem, tum inter Constitutiones illius Conuentus idipsum referatur, cum declaratione causæ ex qua illa obligatio nascitur, exceptis tamen Castris Principalibus, & Terra Sendomiriensi, quæ neq; sic obligari possunt Bona verò quæ ad Regem vel ex commisso, vel ex legato, vel iure caduco pertinent, Regis arbitrio relinquuntur. Const. 1565. fol. 47.

Bona magnæ Procurationis Cracouiensis, non alienentur, neque obligentur. H. L. 27.

Redemptiones bonorum Regalium, tam per thesaurarium Regni, quàm per donatarium, per Commissiones in districtibus expediri debẽt. Const. 1607. f. 8.

BONA CONFISCATA.

Bona alicuius si confiscata, tandemq; ei restituta fuerint, talis restitutio, pro iuri contraria, censeri non debet. Const. 1562. folio 14.

Bona & vacantiæ quocunq; nomine ad Regem deuolutæ, Nobilibus conferantur semper in principio Conuentionis, exceptis bonis Ciuilibus, iure caduco deuolutis, quæ Rex dabit cui velit. Dubietas de iure Regio in Conuentu decidatur. Const. 1576. fol. 162.

De his etiam vide in speculo in titulo De Dignitatibus.

Constitutio hæc de conferendis bonis ad Regem deuolutis cum ea declaratione approbatur, ne bona Nobilium hærede vacua censeãtur, quamdiu successor ad octauum vsq; gradum inclusiuè, probari legitimè ex vtraque linea potest, cuius rei iudicium ad Comitia pertineat. Si verò in bonis iure optimo ad Regem deuolutis debitum sit inscri

ptum,

ptum, illud inprimis exoluatur. De bonis tamen Ciuilibus Rex post Curiam ex Iuris Ciuilis præscripto iudicabit. In bonis hæreditarijs Nobilium bona iure caduco non ad Regem sed ad Dominos pertinent, iure propinquorum saluo. Si quis ius caducum tam in bonis Terrestribus quã in Ciuilibus impetrat, & in probãdo deficit, hęredib9 quos inquietauit, damna refundat, quo nomine plebeius in foro fori; Nobilis in Iudicio Tribunalis, actione officij conueniatur. Quod si & ortum legitimum alicuius Nobilis diffamauit, nec probauit diffamator seu delator; reuocationis pœna ibidem per Iudicium Tribunalis mulctetur. Const. 1588. fol. 25.

BOVES.

NObiles boues per hyemem seruatos, saginatos, vel à subditis exactos, liberè vel extra fines ipsi pellant, vel domi cui voluerint vendant. Const. 1565. fol. 48.

Theloneum à bobus extra Regnum actis, qui in Nobilium & Spiritualium

domibus educantur, vel empti frumentis illorum saginãtur, non exigatur, quod tamen iuramento factoris, qui boues agit probetur, instar mercium per aquam defluitantium. Idem de boario tributo, aliàs *Powolowczyznie* censeri debet. Const. 1550. fol. 2.

Boues tributarij vel proprio frumento saginati, liberè absque Theloneo dimittantur, sub pœna Centum Marcarum; Nobiles verò, & eorum famuli, itidem Nobiles à iuramento non arceãtur. Const. 1581. *fol.* 221.

Boues alienos si quis vi receperit, passus verò iniuriam protestatus fuerit, recipiens pro neglectis laboribus quatuor boum, soluere debet qualibet septimana quatuor scotos cum pœna trium marc: parti & Iudicio totidem H. L. 29.

Burgrabij *vide in Speculo meo Senatorũ.*

Castellanus *vide ibidem.*

Cancellarius *habes ibidem.*

Capitanei *vide ibidem.*

CASTRA.

CAstra & tenutæ non nisi Nobilibus Polonis possessionatis conferantur. Const. 1550. Fol. 4.

Castra nulla committantur ex Ducali genere descendentibus. H. L. 191.

Super terras & castra principalia si quis pecuniam dederit eam perdat, H. L. 28.

Castra in quibus munitiones sunt cũ hac conditione conferantur, vt quiuis Temutarius, certam summam pro ædificatione & reparatione castri & comparatione pulueris addere sit astrictus. Quam conditionem Cancellari priuilegio inscribat. Const. 1607. Fol. 12.

CEREVISIA.

NObilis si pro vsu suo priuato, citra fraudem Cereuisiam in Ciuitate coquit ducillum non soluat, modò dolus absit. H. L. 38.

Nobiles cereuisiam aliosq; liquores

vndecunque adducant, propinent, braxent, & conficiant. H. L. ibidem.

Cereuisiam Vratislauiensem nemo in Regnum inferat vel propinet, sub pœna 14. Marcarum, per Capitaneum exigenda, non obstantibus literis Regijs. Const. 1578. Fol. 190.

CARDINALATVS.

CArdinalatus & legationes ne ambiantur, sine consensu Regis & Consiliariorum. H. L. 35.

CITATIO.

AD Iudicium Terrestre citationes sub sigillo Terrestri, ad Castrense verò sub Capitaneali dentur. H. L. 207.

Citationes calumniatrices & falsæ non admittantur, & officiales Iudiciorum in earum authores animaduertant. H. L. 30.

De falsis & calumniosis citationibus, Iudicium illud coram quo exhibentur cognoscant. H. L. ibidem.

In ci-

In citatione si quis errat in persona possessoris luita pœna potest denuò citare. H. L. 44.

Si quis inchoata lite pro vna iniuria aliam passus est, potest & pro illa pōsteriori agere, modò in citatione ponat quod id factum est stante priore citatione. H. L. 45.

In citatione verba honorem tangentia non ponantur, sub pœna sessionis turris per octiduum. H. L. 38.

Per errorem datæ, tituli vel proprij nominis, in citatione commissum, nemo causam perdit, sed luita pœna trium marcarum, denuò citare potest. error tamen abecedarius citationem non vitiat. H. L. 45.

Citationem super citationem siquis importauerit, soluta trium marcarum pœna parti, & iudicio totidem, vnam citationem deserat, & ex altera proponat. H. L. ibidem.

Sine certo Actore & causa nemo citare debet. Herb. Fol. 5.

Impoſſeſsionatus qui areſtari non poteſt, citari debet in Parochia. H. L. 113.

Si actor amiſerit citationem poteſt ſine pœna citare denuò ad amiſſam citationem, etiamſi à priori diſcrepet, modò eſſẽtia & taxa cõueniant. Quod ſi eã habuerit acticatam, poteſt ea liberè vti nec tenetur originalẽ exhibere. Si verò citatus amiſerit citationem, tenebitur actor illi ſuam commodare, vt ex ea reſpondeat, quam poſt reſponſionem actori reſtituat. H. L. 4.

In citatione ſufficiat tituli Regij prima pars, puta: *Sigiſmundus* DEI *gratia Rex Poloniæ &c.* & ſigillo Terreſtri illius terræ ſit ſignata, exprimaturque nomen Actoris & Rei, & eius pro quo reus conuenitur. Actor autem tenetur citato declarare citationem, ſi eam non intellexerit. H. L. 41. & 199.

Inſufficienti citationi, ſex ſcotorum mulcta parti & totidem Iudicio poteſt ſubueniri, idq; ſi nomen Actoris vel Rei omiſſum, vel ſigillum adulterinum fuerit. H. L. 199.

Rege in maiori Polonia existente, terminus citationis quatuor septimanarum sit, contra incolam Minoris Poloniæ, alioquin duæ septimanæ sufficiunt earum terrarum Regnicolis in quibus Regem agere contigerit. H. L. 39

Post mortem Regiam, & omnium Iudicum adcitationes non sunt necessariæ, tam in Terrestri quàm in Ciuili Iure, nisi vbi pars litigans moriatur. Const. 1588. Fol: 57.

Subditi ex villis Regijs, causas suas cum Capitaneorum assistentia proponant, quæ tamen Ciuibus necessaria nō est. Const 1588. Fol. 26.

Olim Ministerialis tangendo portam & clamando citabat H. L. 157.

Iam verò Ministerialis, cum vno Nobili ponat citationem, in Curia rei, vel apud Wladarium, Kmethonem, aut Hortulanum, positionem tamen publicet, vel villanis notificet H. L. 158.

In desertis verò villis, citatio in lignū recisum posita terræ infigatur, & in vil

la viciniori, vel in Parochia publicetur. H.L. 199.

Ministerialis irrequisito iudice neminem citet sub pœna priuationis & adu. ctionis. H. L. 157.

Iudex non nisi per Ministerialem citet, nisi sit recens crimen. H. L. 157.

Nobiles post curiam non citētur pro alijs bonis, nisi quæ fuerint liquidi iuris Regij, hoc est, quæ in reuisione literarum pro Regalibus bonis cognita fuerint, & quorum Reuisiones & Lustrationes intercesserunt, vel quæ in summis obligata sunt, siue antiquis, siue ad rationem Quingentorum millium florenorum inscriptis. Tum de aduocatijs, Sculetetijs, Mineris, Molendinis, Tabernis, & alijs de iure exemptioni obnoxijs. Contrauenientes huic Constitutioni delatores quingentis marcis puniantur, apud Tribunal inter causas officij exigendis. Const. 1598. Fol. 7.

CIVES.

Bona Ciuium & Villanorum steriliter

decedentium, ad propinquos non ad Dominos deuoluantur. H. L. 145.

Ciuis in ciuitate residens, fumalia nõ soluit, suburbanus soluat. H. L. 47.

Ciues in foro neminem prohibeant, quo minus tardiusué vendat, aut emat, sub pœna trium marcarum, per Capitaneum exigenda. H. L. 95.

Ciues bona terrestria, neq; hæreditario neq; obligatorio modo possideant, neq; amplius ea emant, sub pœnis arbitrio Regis imponendis. H. L. 46.

Ciues bona terrestria amplius non emant, neque ad inscriptiones admittantur, sub pœna in admittentes 100. marcarum. H. L. Ibidem.

Ciuitates omnes & earum indigenæ, omnium generaliter Dominiorum Regni & terrarum Prussiæ, bona terrestria amplius non emant sub amissione bonorum: saluis Priuilegijs Ciuitatum Cracouiensis & Pruthenicorum, in quibus secundùm iura & Priuilegia illorum, liberum est priuatis Ciuibus bona emere.

Con-

Const. 1611. Fol. 14.

Qui ius Ciuile in ciuitatibus non habent & iuri ciuili parere nolunt ex ciuitatibus expellantur à Magistratu Ciuili & Capitaneali; & mercaturæ, atq; artificia illis interdicantur, neq; à Nobilibus status Sæcularis & Spiritualis in domibus eorum manentes protegantur, imò nullo respectu habito, exequutionē, ad primam requisitionem, Officium Castrense sub pæna centum marcarum super illos facere tenetur; cùm omnes qui sub iurisditione Ciuili bona habent, æquali modo cum Ciuibus onera & iurisdictionem ratione fundi subire tenentur in domibus tamen Nobilium captiuari non debent. Ibid. fol. 27.

Officiales Ciuitatū & Ciues Regij iuxta antiqua iura & Priuilegia pro his iniurijs quæ sub iurisditione Iuris Ciuilis Magdemburgensis prætenderet se aliquis habere, coram suo Magistratu respondeant. Magistratus verò ex officijs suis coram Regia M. Exceptis ijs causis,

quæ

quæ in iure expressæ sunt, pro quibus in iure terrestri respondere tenentur. Respectu verò bonorum Terrestrium quæ iure hæreditario possident, pro iniurijs quæ ex re & occasione eorum bonorum inciderint, in foro Terrestri respondere tenentur. Ibid. Fol. eodem.

Nullus Ciuis atq; Plebeius, excepto Magistratu, vestibus sericis neq; panno subacticio ex serico, neq; pellibus preciosis, exceptis vulpinis alijsque minoris pretij & calceis (safianowe dictis) sub pœna 14 marcarum, & earum rerum adiudicatione ad cuiusuis instigationem; vti audeat. Forum ex termino tacto in quocunque Iudicio Ciuili. Cõst. 1613. f. 14.

Ciues merces cuiusuis generis, pannũ & pelles, & genus alia, iuxta Constitut. Palatini, & antiquas leges, non verò maiori pretio vendant, sub pœnis in legibus præscriptis. Quarum mercium pretia Palatini aut eorum Vicepalatini, secundùm iura antiqua constituant, & in acta inscribant. Const. 1613. fol. 28.

Ciues ciuitates suas muniant, rationemque de prouentibus coram Capitaneo & Commissarijs faciant, sub pœna confiscationis bonorum. Const. 1565. fol. 53. 1566. fol 70. 1567. fol. 74 Con. 1611. fol. 15 & 31. Const. 1613. fol. 9.

Ciuitates, literas super Emporia in Conuentu produxerunt quæ illis approbatæ sunt. Const. 1565. fol. 59.

Iura Ciuitatum confirmantur sicut in coronatione confirmata sunt. Cōst. 1589 Fol 47.

Ciuis victum instar aliorum Ciuium quæritans, Nobilitatis literis sese tutari non potest. H. L. 46.

Ciues Cracouienses, qui Officio consulari & Scabinali, etiam iuris supremi præsunt, pro iniurijs agant tanquam Nobiles, vbi violator capi non potest: Idē de Ciuibus Posnaniēsib. Cōst. 1587. f. 214. Huic Constitutioni ascribuntur quoque Ciuitates, Leopoliensis & Warssouiensis. Const. 1588. fol. 69. & Præmisliensis. Const. 1589. fol 44. Crosnensis Ibid. fol.

45. Lecicienſis 1609. fol. 22. Lublinenſis, Caliſsienſis, Piotrcouienſis, & Praſniſē=ſis. 1611. fol. 10.

Ciuitati Cracouiæ iura & Priuilegia à Ducibus & Regibus Poloniæ antiquitùs data & conceſſa authoritate Con=uentus confirmantur. Conſt. 1613. fol. 9.

COMITIA.

Comitia & Conuentus particulares, temporibus & locis in Statuto deſcriptis inſtituantur & indicantur. H. L. 51.

Comitia Regni ipſo die in literis ſpecificato, à propoſitione incipiant. Coſt. 1578. fol. 186.

Comitia incipere debent ea ipſa die qua literis Vniuerſalibus indicata fuerint; determinari autem ea die in ſex ſe=ptimanis. In dies autem Dominicos & feſtos indici non debent. Conſt. 1591. f. 7.

Comitia Varſſouiæ celebrentur, niſi quid obſtet. Conuentus verò particula=res ita per Capitaneos publicentur, vt duabus vel tribus ſeptimanis, ante tem.

pus præfixum, ad notitiam hominum perueniant. Conſt. 1569. Fol. 104. De Conuentibus generalibus & particularibus, vide etiam Conſt. 1609. fol. 20. & 1611. Fol 6. & 1613. Fol. 10.

Comitia non niſi biennio indicantur niſi neceſsitas ſecus ſuadeat, neq; diutius ſex ſeptimanis celebrētur. conſt. 1576. Folio 148.

Comitia ſecundùm iura antiqua, à receſsibus incipi debent. conſt. 1611. F. 19.

COMMISSIO COMMISSARII.

COmmiſsiones non niſi ad bonorum Regalium diſtinctionem, diuiſionem inter fratres, & ex conſenſu partium dentur, alioquin nihil valeant. H. L. 52.

Dentur tamen etiam inter remotos par ius ſucceſsionis habentes; de iuris tamen potioritate non Commiſſarij, ſed Iudicium Terreſtre decernat. Idē, Ibid.

Rex non negabit neq; differret diſlimitationem Nobili, modò id per vim no

vicino exprimat. Idem Ibidem.

Ad bonorum dillimitationem, dantur duo Dignitarij, duo Officiales, & Succamerarius. Capitaneus verò vel Tenutarius bonorum Regalium, limitationi adsit, & Commissarios expensis prouideat, si bona posſidet libera. Commisſarij verò vbi ad distinguenda bona conuenerint, primùm & præcipuè senes per iuramenta audiant. Qui si inter se concordes fuerint, eos sequantur; sin secus, Commisſarij iuxta quod illis æquum videbitur, statuant: discordibus verò Commisſarijs, pluralitati sententiarum stetur. Capitanei contradictione non obstante, H L. 53.

Limites bonorum Regalium, non secundùm literas vel signa, sed secundũ testimonia senum fiant. H. L. 151.

Id tamẽ de literis ãtiquatis, vel in abusum collapsis, vel re oculis non subiecta emanatis, incertisq; intelligi debet. Literis enim Cõmisſorialibus per Regem approbatis, vel Succamerarij ex libris

Terrestribus emanatis credendum est. H. L. 51.

In limitibus Capitanei & Tenutarij vim Nobilitati non inferāt, nec limites per Comissarios factos violent. H. L. 11.

Rex ad limites faciendos Commissarios det, neq; illis Reuisores, Concommissarios, Assessoresué, post factos limites adiungat, sed quidquid ipsi decreuerint ratum sit. Venientibus verò Commissarijs ad locum limitum, siue Capitaneus Tenutariusué exiuerit, siue non, siue senes dederit siue non; Commissarij nihilominus procedant, nulla contradictione, appellatione, absentiaué obstante. Commissarij tamen duabus septimanis ante, per suas literas, & mandatum Regium, per Ministerialem & duos Nobiles, Capitaneum de loco & tempore certiorem reddant. Quod si in eodem districtu Dignitarij haberi non poterint, ex vicino vel remotiori Palatinatu petantur. H. L. 26.

Commissariorum literæ, de bono

rum limitatione emanatæ, confirmatione Regia non egent. H. L. 151.

Liceat tamen volentibus, eas ad acta Cancellariæ inscribere, quarum rescriptum Cancellarij non negabunt nemini, vna sexagena salarij nomine accepta. Idem ibidem.

Porrò in dislimitandis bonis primùm Deus, deinde signa, & senum testimonia, aliaq; posibilia indicia spectentur. H L. 149.

Commisiones non Capitanei sed Nobiles obtineant; Capitanei tamen bona Regalia defendant, vsq; ad dislimitationem. H. L. 27.

Commissarij, in causis ad se vigore Statutorum pertinentibus, puta limitũ, exemptionis bonorum Regalium, nec non diuisionis inter fratres, metas officij non transcendant, neq; vllas informationes audiant, alioquin facta pro non factis reputabuntur. H. L. 52. Lex *annalis*.

Commissarijs, limitationi bonorum

intentis si Plebeius improperauerit, sessione turris ad dimidium anni puniatur: si arma vibrauerit, etiamsi neminem vulnerauerit capite plectatur. Nobiles verò in eiusmodi excessibus, iuxta statutum puniantur. H. L. 53. *Lex annalis.*

Commissarios, vel aliquod officium si quis iniustè citauerit, conuictus iniquæ euocationis, in viginti octo marcis, singulis Commissarijs & parti, si & ipsa euocata est condemnetur. H. L. 52.

De iniurijs inter bona Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ illatis, Commissarij ad petitionem iniuriam passi dentur, coram quibus quilibet accusatus sine diffugijs respondeat. H. L. 54.

Commissiones ad faciendos limites ex Cancellaria dentur. Commissarij verò Succamerario vel eius Camerario adiuncti, etiam ex vicino Palatinatu dari possunt, quamuis in illo Palatinatu, vbi granities instituuntur, possessionati

non ſint. Qui Commiſſarij poſteaquã literas innoteſcentiæ ſubſcripſerint, Cõmiſsioni adſint, ſub pœna centum marcarum, in Iudicio Tribunalis Regni repetenda, infirmorum iure ſaluo. Quod ſi Commiſsio vna die perfici nequit, ſequentibus diebus perficiatur. In Commiſſoriali actu tam Capitaneo quàm Nobili, non plures perſonæ aſsiſtant, quàm triginta, cum amicis & ſeruis, ſubditorum verò viginti, propter oſtendenda ſigna & exigendos ſcopulos. Ne autem periuria fiant, ante omnia Commiſſarij ſigna per ſenes oſtenſa videant, & ad conſcientiam examinent, atque eos ſenes qui potiora ſigna oſtenderint, ad probationem admittant. Quod ſi vtrinque dubia ſigna fuerint, à neutra partium iuramenta non ſuſcipiant, ſed conſcientiam & æquitatem ſequuti, rem ex Statutorum præſcripto diffiniant. Cõſt. 1588. Folio 26.

Rex curabit apud Imperatorem & Principes vicinos, vt ſingulis annis Cõ-

nissarij, tam ex parte Regni, quàm ex parte imperij, Regni Vngariæ, Silesiæ, Marchiæ & Pomeraniæ conueniant, iustitiamq; vtrinq; iniuriam passis administrent, coram quibus omnes vocati comparare & sese iustificare debent. Const. 1591. Folio 7.

Nunc singulis Comitijs ad futura Comitia assignari debent. Const. 1609. f. 13.

Actus Commissoriales per integrum numerum Commissariorum in Statutis regni specificatorum vt iuris est peracti, in dubium non vocentur. Con, 1598. f. 12.

COMPLEX.

COntra complices in causis criminalibus, sicut & contra principales, scrutinia vtrinq; deducantur: vbi verò constiterit aliquem voluntariè complicem fuisse, eadem pœna qua & principalis puniri debet post conuictionem. Const. 1588. Folio 35.

Qui proscriptos asseruant, vel eis cõsilio & auxilio sunt, cum eisque in iuris

communis leuipendium communicant, ad Iudicium Castrense citari, & pœna complicitatis puniri debent, salua euasione citati. Ibidem Fol. 36.

CONCITATIO.

Concitatus ad satisfaciendum ostendat lucrum iniustè esse obtentum, vel quod aliud nomen erat in citatione positum aliud in concitatione. Quod vbi probauerit reus, actor amittit pro quo citauerat. H. L. 281.

In concitatione scribatur in fine satisfacturus. H. L. 491.

CONCORDIA.

Concordiam lite pendente ineuntes à pœnis quibusuis sunt absoluti. H. L. 150

Qui concordiam pro homicidio fecerit, eadem pœna qua & homicida puniatur. const. 1588. Fol. 32.

CONSENSVS.

Consensus super bona Regalia dati in robore conseruantur, modò iuri non

ſint contrarij. H. L. 60.

Conſenſus petentibus ad oppignorã-dum Scultetias, Aduocatias, Molendi-na non negabitur ; à quo à ſingulis cen-tenis florenorum Cancellariæ debentur groſsi 15. H. L. 249.

CONSTITVTIONES.

COnſtitutiones non niſi in Conuentu, idq; cum communi omnium conſenſu fiant. H. L. 61.

Conſtitutiones nouæ neminem affi-ciant, niſi publicentut. Idem. Ibidem.

Conſtitutiones nouæ non præterita, ſed pręſentia tantùm & futura reſpiciant Idem. Ibidem.

Conſtitutiones Regni, in Comitijs factæ, per Senatores & Nuncios ſubſcri-bantur, in præſentia Regis legantur, & cum omnium conſenſu expreſſo ſigil-lentur. Conſt. 1588. Fol. 24.

Conſtitutiones cum ſubſcriptione ma-nus Marſchalci DD. Nunciorum, & ali-arum perſonarum ad id deputatarum ad

intro-

introducendum in actaCastrensia pridie post Comitia porrigantur. const. 1613. f. 7.

CONTRIBVTIO.

CONtributiones & Thelonea, non nisi in Conuentu instituantur, Monopolia non admittantur. Const. 1576. f. 161. 149.

Agri, horti, & Scultetiæ, desertæ, contributiones non soluant. Ex molendinis iuxta antiquas consuetudines soluatur. Libertationem ex aliqua causa impetrantes, durante libertate ad solutionem contributionis, (exceptis duellis) non adigantur. H. L. 63.

Contributiones Dominus à subditis exigat, & exactori deferat, quietationes verò vtrinq; dentur. Idem. Ibidem.

Pro contributione non soluta reus deferatur Capitaneo, qui exequutionem faciat citra appellationem. con. 1563. f. 22.

CONTRIBVTIONES LAVdatæ *sub Sigismundo Primo.*

BIdgostiæ. Anno 1520. Capitalis.
Cracouiæ. Anno 1527.

SVB SIGIS. AVGVSTO.

Warssowiæ Anno 1564.
Petricouiæ. Anno 1565.
Petricouiæ. Anno 1567.
Lublini. Anno 1569.

SVB INTERREGNO.

Warssouiæ. Anno 1573.
Andreouiæ. Anno 1576.

SVB STEPHANO.

Ad Gedanum. Anno 1577.
Leopoli. Anno 1578.
Warssouiæ. Anno 1580.
Ibidem Anno 1581.

SVB SIGIS. III.

Cracouiæ Anno 1588.
Warssouiæ. Anno 1589.
Ibidem. Anno 1590.
Ibidem. Anno 1591.
Ibidem. Anno 1593.
Cracouiæ. Anno 1595.
Warssouiæ. Anno 1598.
Warssouiæ. Anno 1601.
Warssouiæ. Anno 1603.

Warſſouiæ. Anno 1607.
Warſſouiæ, Anno 1609.
Ibidem. Anno 1611.
Ibidem. Anno 1613. triplex.

CONVENTVS.

Conuentus diſtrictuum Generales, ſicut in Regno, in Koło & Korczyn, ita in Lithuania in Wołkowiſko Commitijs præmittantur, in quibus Rex ea proponat, de quibus conſultationem habere vult. Conſt. 1576. Fol. 148. *De his vide etiam* Conſt. 1611. fol. 6.

Conuentus in Proſzowicze quatriduò ante Korczynenſem celebretur. Conſt. 1569. fol. 104.

Senatores Regni tam Spirituales quã Seculares in Conuentibus particularibus adſint, poſtulata diſtrictuum vna cum Nobilitate connotent, atq; ad Conuentus Generales, in qualibet Regni parte celebrari ſolitos, referant, vt ibidem à Nobilitate correcta, tandem in Comitijs Regni ritè proponantur Conſtit: 1565. Fol. 45. & Conſt. 1611. fol. 6.

Conuentus particulares temporibus & locis in statuto descriptis instituantur & indicantur. H. L. 51.

Senatores nisi ad Conuentus particulares veniant, vel se in eisdem Conuentibus iustè excusent, Episcopi 40. Palatini & maiores Castellani viginti, minores verò Castellani 10. marcis fisco Regio mulctentur. H. L. 52.

Qui turbat Conuentum sine vulnere, pęna viginti marcarũ; cum vulnere pę na statuti; cum homicidio pœna capitis puniatur. Tales autem violatores, Capitanei inquirant, & puniant, sub pœna centum marcarum, si fugerint, proscribantur & infames sint. Idem ibi:

CONVOCATIO.

IN Conuocationibus nihil magni statuatur, quod ad Comitia pertineat, sub vitio nullitatis Const. 1588. Fol. 24.

CRIMEN LESÆ MAIESTATIS.

CRimen lesæ Maiestatis non nisi in perso-

persona Regia committitur: hoc est, machinatione, conspiratione, violento conatu, & facto ipso in vitam Regiam. Const. 1588. fol. 22.

CVPRVM.

CVprum liberè Gedanum demittatur, exolutis theloncis Const. 1567. Fol 73.

DAMNA.

DAmnum si quis ex transeuntibus vel pecora agentibus dederit, illud Ministerialis cum Nobilibus vel ad minus duo villani conspiciant, & æstiment, & damnum passus, illud iuxta eorum æstimationẽ exigat; vocatus verò propterea in Iudicium, iuramento euadat, modo testimonium eius rei habeat. H. L. 275.

Pro damnis detenti pecoris iure Terrestri agatur. H. L. 178.

Si quis ius caducum tam in bonis Terrestribus quam in Ciuilibus impetrat, & in probando deficit; hæredibus quos inquietauit, damna refundat con. 1588 f. 25

DEBITA.

DEbita inſcripta ex bonis paternis cõmunibus, ad proportionem debiti, cum amicorum conſilio venditis, minutiora verò ex cenſibus, frater ſenior exoluat. H. L. 98.

Mercatores debita in Regeſtris connotent, atq; à Nobilibus ante triennium repetant, alioquin reum iure communi conueniant. H. L. 156.

Debiti magni ſolutio, in octodecem ſeptimanis decernatur. Totidemq; tẽporis concedi debet ijs, qui ſunt extra Regnum, ſi ſunt citandi. H. L. 71.

DECIMÆ.

DOminusvillę ſi decimam emerevult id faciat ante feſtum Iacobi. H. L. 73.

In campis & hortis vbicunq; aratum fuerit decima ſoluatur, exceptis rapis, cepis, papauere, caulibus, allio, &c. In hortis verò vbi quis ligoniſando plantauerit, ad decimam non tenetur. Ibid.

Canapi

Canapi ratione integri agri quatuor; ratione medij duo manipuli, decimæ nomine exigantur, qui autem non arat, à decima liber esto, Idem, Ibidem.

Decimator in octaua S. Iacobi, decimas recipiat, alioquin in campo relinquantur. H. L. 73.

Decimæ iuxta morem antiquum exigantur, & soluantur: Sculteti de quatuor mansis proprio labore excultis, per quatuor scotos Pragenses, decimæ nomine soluant. Si verò quid vltra quatuor mansos posſident, vel si eosdem cuipiam locauerint, vendiderintué, decimam instar aliorum pendant. Id. Ibid.

Cmethonem si quis remouerit, & ipse agrum eius coluerit, decimam soluat, H. L. 56.

In petitione decimæ, si intercedet quæstio de Nobilitate, eam Iudex spiritualis non iudicet, sed ad Iudicium sæculare remittat. H. L. 73.

De agris recens extirpatis, decima ei debetur qui eã de antiquis agris recipiebat Id. Ib.

Raptor, inuasor, occupator, & detentor decimarum, pœnis & censuris Ecclesiasticis subijciatur. H. L. 75.

Decimæ ex bonis hæreditarijs in eodem statu permaneant quo nunc sunt, commoto nemine ad compositionem vsque. Const. 1578.

Decimæ DD. Spiritualium in Regno & Dominijs eidem subiectis, atq; in Ducatu Lithuaniæ, ex bonis Nobiliũ, quorum hactenus in vsu non sunt, neq; fundationes, inscriptiones, contractusué inscriptos habent, aut decretis adiudicatos, & eorũ qui eas ad hoc tempus non dederunt, ad compositionem vsq; prolongatæ & suspensæ sunt; neq; eiusmodi causas Iudices Terrestres & officia Castrensia iudicare & exequi debent, sub pænis contra negligentes Officiales sãcitis. Const. 1607. Fol. 10.

DECRETA.

IVdiciorum decreta actis inscribantur, propterea, vt similes casus simili iure decidantur. H. L. 6.

Decreta Regia ſacroſancta permanere debent. Conſt. 1591. Fol. 9.

Decreta Regia de bonis Regalibus vel iuris caduci lata, in robore maneant, neq; in dubium vocari debent, ſub pœna 500 marcarum. Conſt. 1598. fol. 7.

De Decretis Tribunalis Regni, *Vide in quarta parte Speculi.*

DELIBERATIO.

SEmel tantum Iudex deliberet, poſt deliberationem verò factam, nullas controuerſias audiat. H. L. 77.

DIFFIDATIO.

NObilis Nobili ſi diffidauerit, conuictus ad refuſionem damnorum, iuxta iuramentum Actoris, cum pœna 100. marcarum condemnetur. Is verò qui criminaliter citatus diffidatione quam ante facinus miſit ſe excuſat, eius diffidationis tunc ratio habenda eſt, ſi eam idem citatus per Miniſterialem & duos Nobiles fecit, eamq; ad Acta Caſtrenſia loci illius in quo aduerſarius degebat, inſcri-

biper.

bi personaliter curauit. Post inscriptionem autem eiusmodi diffidationis, nihil violenter attẽtare debet diffidans, ad sex septimanarum decursum, alioquin illum diffidatio in criminis excusatione non iuuabit: qua in re scrutinia obseruentur. Const. 1588. Fol. 30

Parentibus Si quis diffidat, non secus iudicari debet, ac si saluum conductum Regium violasset. Const. 1578. fol. 193.

Dignitates: *Vide in Speculo, sub titulo De dignitatibus.*

DILATIO PRO MAIORI.

Dilationem pro maiori impetrans, nisi literis authenticis probauerit, se pro illa die alibi habuisse actionem maioris importantiæ causam perdet. H. L. 71.

Repositiones termini seu dilationes ad inscriptionẽ aliæ non concedãtur, nisi vera infirmitate & pro maiori. HL. 281.

DILATIO VERÆ INFIRMITATIS.

Secundum terminum potest citatus dif-

erre vera infirmitate idq; per Nuncium Nobilem in illo districtu possessionatū. Iurare tamē in proximis terminis debet citatus, quod tunc verè infirmabatur; cum duobus sibi similibus compurgatoribus. H. L. 282.

Post repositionem termini vera infirmitate, si reus condemnatur in lucro, & postea in termino concitationis comparet, negatq́ se repositionem illam commisisse, debet id metertius iuramento comprobare. Præstito verò iuramento, ibidem in instanti, super citationem Actoris respondeat. Quod si vel non iurauerit, vel in termino iuramenti sese absentauerit, succumbet. H. L. 200.

Vlteriores dilationes eiusdem infirmitatis penitus abrogantur. H. L. ibid.

Actori quoq; idem permittendum est præter simplicē infirmitatem, nam huic semper terminus est peremptorius. Dilatio tamen ad munimenta ei negari non debet. H. L. ibidem.

Dilatio veræ infirmitatis in actione

perso-

personali coram Tribunali, in termino motionis non nisi ad quindenam conceditur, cui ibidem satisfieri debet. Const. 1588. Fol. 58.

DILATIO AD QVIETATIONEM.

COntra obligationum tenorem nihil fiat, nihil dicatur, excepta sola Dilatione ad quietationem. H. L. 117.

DILATIO AD MVNIMENTA.

DIlatio ad munimenta vtrique parti negari non debet. H. L. 200.

Dilatio ad munimenta simplicia in causis simplicium iniuriarum, cædis & sanguinis, concedi non debet, nisi ad munimenta specificata, causā perimentia si ea pars aliqua vti velit. Consti. 1588. Folio 58.

DILATIO AD STAtuendum *Ministerialem.*

REus ne respondeat nisi viso Ministeriali,

riali, quem si Actor in promptu non habeat, poterit Dilationem impetrare ad statuendum eum ad proximos terminos. H. L. 158.

DILATIO AD EVICTOREM.

SI appareat ex munimentis reum posse habere Euictorem, petenti detur Dilatio, ad conueniendum eum ad terminos per terminos; qui nisi in termino cõpareat, onusq; causæ in se suscipiat, in reum actio est dirigenda. Si verò compareat, & onus causæ suscipiat; actor tamen principalem non obmittat, in quantum in euictore defecerit. HL. 91.

Dilatio ad Euictorem in causa dotis non datur. Const. 1588. Fol. 37.

DILATIO VISIONIS.

DIlatio visionis, in causis simplicium iniuriarum, & proprij laboris, amplius non concedatur, nisi in causis hæreditariis, fundum tangentibus. Constitut. 158 8. Folio. 58.

Disciplina militaris, *vide Const.* 1588. *Fol.* 56. *Const.* 1589. *fol.* 3. *Const.* 1591. *fol.* 13. *Const.* 1593. *fol.* 8. *Ibidem fol.* 10. *Const.* 1601. *fol.* 10. *Ibidem fol.* 11. *Ibidem fol.* 16. *Ibidem fol.* 58. *Const.* 1607. *fol.* 38. *Const.* 1609. *fol.* 5. *Ibidem fol.* 7. *Ibidem fol.* 24. *Ibidem* w Artikułách woiennych. *Const.* 1613. *fol.* 3.

DIVISIO.

DIuisio inter fratres per amicos etiam absq; Iudicij authoritate facta, trium annorum & totidem Mensium silentio ratificatur, nisi quid iure præscriptionem impediat. H. L. 80.

Actio diuisionis Castrẽsis est. H L 220.

Frater diuisus nominatim, indiuisi generaliter citẽtur: quod si diuisus causam suã perdit, reliqui sua minorennitate restitutionẽ petere non possunt, nisi pro suo interesse. Si verò sint indiuisi, & generaliter omnes ad illa bona aliquod ius se habere prætendentes citantur, causaq; cadunt, nullus illorum rem iudicatam refringere potest. H. L. 98.

Diui-

Diuiſio per patrem inter liberos ex duabus vxoribus ſuſceptis facta, rata ſit. H. L. 83.

DOMVS.

Nobiles poſſunt habere domos in Ciuitatibus, tali tamen ratione, vt ne iuriſdictionem Ciuilem deuitent, & onera Ciuilia ex illis areis & domibus ſubeant. H. L. 168.

DONATIO.

Donatio in bello facta, morteq́; donatarij aut donatoris confirmata, etiam ſine priuilegio valet. H. L. 81.

DOS.

Dotes non inſcriptæ ſunt nullæ. H, L. 81.

Si Pater nubat, niſi ſit prodigus, bonis maternis puerorum donec vixerit vtatur, eo duntaxat pueris aſsignato, quod dotis nomine ad eum cum matre illorum peruenit. H. L. 154.

Filij prioris vxoris mortuo Patre, filias ſecundæ vxoris maritent & dotent, ſaluis bonis maternis. H L. 154.

Bona dotis nomine obligata, pro hęreditate ne vsurpentur, præscriptione etiam longissimi temporis interueniente, sed semper redemptioni obnoxia sunto. Const. 1588. fol. 30.

Vxor si prius moriatur, maritus de dote & reformatione successoribus respondeat. Si verò vir prius moriatur, vxore in possessione bonorum reformatorum relicta, eadem possessio debetur successoribus, absque iuris strepitu per Capitaneum danda. H. L 82.

Indotatis vxoribus triginta marcæ soluantur, vel possessio assignetur, quæ trium marcarum prouentum habeat. H. L. 81.

Sorores & auitæ indotatæ, quæ maritis nupserunt, ex ijs bonis quæ fratres vel nepotes debitis onerauerũt, per creditores dotari debent. Const. 1588. fol. 37

Iis verò quæ non nubserunt, intra anni decursum post elocationem, dotem dent creditores. Ibidem.

Dotem sorori per Patrem indotatæ

aſsignent fratres, intra vnum annum poſt mortem paternã. Conſt. 1588. f. 29.

DOTALICIVM.

Dotalicium vxoris non vitiant fuga & crimina mariti. H. L. 81.

Nec per lucris ſuper viro obtentis ſubeſt, ſed ipſe pro Golota cenſebitur. H. L. 82.

Vidua dote & dotalitio ſit contenta, alia verò bona pueris dimittat. H.L. 287

Domina dotalicialis, quę in bonis iu reuicti priorem habet reformationem, quam ius Creditorum, in poſſeſsione reformatorum bonorum conſeruetur: ea verò ſi moriatur, hęredes dotalitij exemptioni Creditoris ſubiacebunt. Idem fiat, ſi poſt mariti mortem, ad ſecundas nuptias conuolauerit, contra dotis cautione aſſecurata. Conſt. 1588. fol. 37.

DVELLVM.

Ad duellum ne quis alium prouocet, alioquin prouocatus impunè non pareat, niſi Rex id permittat: ſecus faciens dimidium anni in turri detineatur, &

marcas 60. luat. Conueniri autem debet Terrestri Iudicio. Const. 1588. f. 31.

ECCLESIA.

Ecclesiam per Patronum prouisam & dotatam Episcopus confirmabit & dotabit. H.L. 219.

Ad maiores Ecclesias Nobiles ex vtroque parente Nobili nati recipiantur. H.L. 84.

Ex plebeis verò, non nisi Doctores, vnus Iurisprudentiæ, alter Theologus, tertius Medicus suscipiantur, vbi talis est fundatio: vbi verò non; debent suscipi, duo Theologi, quintus Medicus. HL. Ib.

Ad Ecclesias tam Cathedrales quàm Collegiatas in Canonicatus Prælaturas Plebei non eligantur, sed tantum Nobiles Poloni ex vtroq; parente indigenis Regni nati, exceptis nonnullis personis in legibus expressis, ij verò qui contra hanc Constitutionem aliquid obtinere auderent, pœnæ & foro de Corthesanis

ſancito ſubiaceant. Conſt.1607. fol. 13.

Perſonæ ſtatus ſpiritualis ex bonis paternis, & quoquomodo illis & conſanguineis illorum ſeruientibus, & non ad Eccleſiam donatis & fundatis, bellicam expeditionem ſeruiant, & alijs omnibus oneribus ſicut & perſonæ ſtatus ſæcularis ſubiaceant. Ratione verò iniuriarum bonorum Terreſtrium, ex bonis ſupra dictis procedētium in Iudicio Terreſtri & Officio Caſtrenſi reſpondeant; ſimiliter etiam cum ex appellatione & remiſsione ad Tribunal eiuſmodi cauſæ deuolutæ fuerint, iudicari debent per omnes Iudices ſæculares; pro bonis verò hæreditarijs per ſex Spirituales Iudices, ſecundùm Conſtitutionem deputatos. Conſt. 1607. Fol. 11.

Templa & dignitates, tam Eccleſiaſticæ quam ſæculares circa iura & libertates ſuas conſeruantur. Non niſi Nobilibus indigenis conferātur, Expectatiuæ non dabuntur. H. L. 279.

Raptor, inuaſor, occupator & deten-

tor bonorum Ecclesiasticorum, pœnis & cēsuris Ecclesiasticis subijciatur. Quod si excommunicationes vltra annum susti nuerit, bona ipsius Capitaneus apprehē-dat, donec iniuriam passo satis fiat. Capitanei verò in præmissis negligentes itidem censuris Ecclesiasticis feriantur. H. L. 75.

Ecclesia Gnesnensis præponitur Cracouiensi. H. L. 35.

Bona Ecclesiastica, tam Romani quā Græci ritus, ne alienentur, & alienationes nihil valeant, quæ in Priuilegijs causas iustas & conditiones Ecclesiæ illi vtiles probabiliter, specificè & authenticè expressas non habent, & in quas consensus quorum interest non accessit. Alioquin bona recuperari semper per successores possunt, citra præiudicium Ecclesiæ, & onerum de iure illis incumbē-tium derogationem. Const. 1588. fol. 41

Thesauros Ecclesię Episcopi in bonis Regalibus cum Capitaneis seu Tenutarijs, in bonis verò Nobiliū cum collatori-

buscon-

bus conſcribant. H. L. 279.

Eccleſiæ & Cænobia non deffendunt ſegetum nocturnos damnidatores, ſicarios vel viarum deprædatores, fures proclamatos, vel ter notatos, incendiarios, & violatores Eccleſiaſticarum libertatū. H. L. 379.

Incendiarios & exuſtores voluntarios Eccleſia non defendit. H L. 113.

Præſcriptio in iniurijs aut prouentibus perſonarum Eccleſiaſticarum ratione prouentuum & vtilitatum ex beneficijs prouenientium ſit decem annorū; quilibet autem intra hoc ſpatium iure, iniurias prouentus ſui proſequatur, ſub amiſsione eiuſmodi prouentus pro quo inter fatalia iuris intermiſit agere. Pro bonis verò Eccleſiaſticis, & ad altaria fūdatis aut inſcriptis quæ ad fundum pertinent ad compoſitionem inter ſtatus dilata eſt, ſi verò pro eiuſmodi bonis moueretur quæſtio, tunc ad determinationem compoſitionis talis actio ſuſpendi debet. Conſt. 1607. fol. 10.

Electio.

ELECTIO.

ELectio Regis Poloniæ libera esse debet. Const. 1550. Fol. 2.

Quod si quis tam internus quàm externus, siue viuente siue decedente Rege, quocunque prætextu, vtlra liberam electionem Regnum vsurpauerit, etiamsi per vim coronatus fuerit, talis pro hoste patriæ haberi debet, & omnes illum adiuuantes pro perduellibus. Cóst. 1593. Fol. 5. *De hac etiam vide* Const. 1607. Fol. 3. Poloni sine Lithuanis Regem ne eligant, & è conuerso. H. L. Fol. 89.

EMPORIA.

EMporia Ciuitatum in robore conseruantur. H. L. 89.

Ciuitates literas super Emporia in Conuentu produxerunt, quæ illis approbatæ sunt. Const. 1565. Fol. 59.

Emporia non nisi mercatores afficiant, Capitanei ea defendant & manu teneant, iuxta priuilegia Ciuitatum. Ad hæc Emporia omnnes mercatores vijs solitis & circumscriptis eant. Ibidem

fol.

Fol. 48. *De his plura vide in* Conſt. 1611. Fol. 34. & Conſt. 1609. Fol. 4.

Epiſcopatus, *vide in Speculo ſub titulo Epiſcopatus.*

EQVI.

Equi extra Regnum ne ducantur. alioquin per Capitaneos detineantur. H. L. 70.

Pro equis in Vngariam non eatur. Conſt. 1578. Fol. 190.

Iudæi equos diurno tempore in pignus recipiant, inculpati quod furtiuos recepiſſent, per iuramentum euadant. H. L. 130.

Equos Iudæi extra Regnum ne ducant. Conſt. 1550. Fol. 3.

Neq; eiſdem mercentur, alioquin & equos amittant & ſuſpendantur. Conſt. 1557. Fol. 7.

Equireæ ſeu greges equorum extra Regnum non pellantur ſub amiſsione: quod videant Capitanei & Theloneatores ſub pœna 200. marcarum. Notarius verò eos dimittens 12. ſeptimanis tur-

rim sustinere debet. H. L. 90.

Equus in vsum alicuius accommodatus læsusq; per commodantem, duabus septimanis sine vllo labore seruetur, & nisi conualuerit, accommodans cum commodatore rem componat. H. L. 90.

Poledrus interfectus tribus marcis soluatur. Pro Poledro verò, tertij, quarti, vel quinti anni, soluatur iuxta æstimationem, iuramento iniuriam passi imponendam. H. L. 179.

Equi in vijs non vendantur, dum ad nundinas pelluntur. Capitanei verö liberam emptionem eorum Nobilibus non impediant, sub pœna centum marcarum, pro qua coram Rege vel officio Castrensi respondere, in primo termino debent, ibidemq; satisfacere: ea autem pœna inter Regem & Actorem diuidi debet. H. L. 90.

EVASIO.

Actiones finium regendorum & redemptionis bonorum, condemnatione & euasione non sistuntur. H. L. 3.

EVICTIO.

PRo Patre Euictionem promittente pueri tenentur, ad annos non prouocando. H. L. 159.

EVICTOR.

EVictor in criminalibus locum non habet. H. L. 90.

Euictorem in causis iniuriarum statuens, liberatur: tamen, nisi Euictor satisfecerit ipse respondeat. H. L. Ibidem.

EVOCATIO DE DISTRICTV.

SPirituales ne vocent Seculares ad Iudicium spirituale, in causis illi Iudicio non competentibus. H. L. 91. & 253.

Nemo alium de districtu euocet sub pœna 14. marcarum. H. L. Ibidem.

EXACTOR.

EXactor *Spiznego* iniquus impossessionatus, per Burgrabium aut Proconsulem arestetur, donec exactum restituat, & pęnam trium marcarum iniuriam passo soluat. H. L. 260.

Exactores rationem in Conuentu faciant, deffectus ex ſuo impleant. Conſt. 1566. fol. 70.

EXCOMMVNICATVS.

Excommunicato veniente in Eccleſiam, ceſſatur à diuinis, quæ eo recedente aſſumantur. H. L. 122.

EXEQVVTIO.

Capitanei rem iudicatam exequantur, ſub pœna centum marcarum, ſi Capitaneatum obligatum habent, ſin liberum priuationis officij. H. L. 32.

Hæc autem pœna centum marcarũ, antea inter Regem & Actorem diuidebatur. H. L. 202.

Sed iam ea tota Actori debetur. Sigiſmundus 1538.

In cauſis ſpiritualium Capitanei non aliter exequutionem faciant, quàm iuxta ſtatutum Regis Iagellonis Fol. 50. aliàs Iudicium nullũ erit. Cõſt. 1562 f. 15.

Officium Caſtrenſe debet eſſe ſemper paratum, in recenti crimine, in mi-

niſtranda Iuſticia, & in exequutione rei iudicatæ, non expectatis terminis Caſtrenſibus, exceptis diebus ſolennibus. H. L. 173.

Exercituum præfectus, *vide in Speculo Senatorum ac Officialium Regni Poloniæ, ſub titulo Exercituum Regni Generalis.*

EXPECTATIVÆ.

EXpectatiuæ, ſolida, iura patronatus penitus abrogantur. H. L. 92.

Literæ expectatiuæ, ſuper dignitates non dentur. Conſt. 1550. Fol 2.

EXPVLSIO.

CAuſas violentæ expulſionis, iudicat Capitaneus ad querelam. H L. 220.

Pro violenta expulſione de particula fundi Capitaneus non iudicat. Sigiſ: Cracouiæ 1539.

Expulſi intra Menſem adeant officium Capitaneale, proteſtationem (ſi volunt) faciant, & ibidem expulſores citent: officium verò ad bona deſcendat, de poſſeſsione antiqua perquirat (quæ

testimonia à Nobilibus sub cōscientiā, à Kmethonibus sub iuramento exigi debent) & iuxta indagatam veritatem decidat. Exceptis pupillis, quorum bona tutores alienarunt, quibus præscriptio nocere non potest. Citatus ad munimenta dilationem habeat ad proximos terminos illorum actorum, ad quæ prouocat; nominare tamen debet munimenta, ad quæ dilationem petit. Si nihil ad causam attulerit, causa cadat. Pro damnis verò Iudicium Terrestre cognoscat. H. L. 222.

Hæc lex annalis erat, sed reassumpta Anno 1588. vt infra.

De violentis expulsionibus stetur statuto Regis Sigismundi Añi 1543. Const. 1588. Fol. 30.

Causæ expulsionis singulis ferijs quintis ex seorsiuo Regestro in Tribunali iudicentur. Const. 1611. Fol. 13.

FALSARII.

FAlsarij citationum per Iudices puniantur. H. L. 30.

Falsa-

Falsarij pannorum puniantur pœna falsi, & amissione pannorum, quorum tertia pars Palatino, reliquum Regi cedere debet. H. L. 177.

Falsator inscriptionum, pœna inuasionis domus puniatur. H. L. 93.

FACIONATVS TERMINVS.

TErminum facionatum, qui vnius septimanæ esse debet, Capitaneus iudicat. H. L. 11.

Tamen talis terminus, non nisi pro furto ablatis rebus præfigi debet. Constitut: 1578. Fol. 190.

Facionatus terminus aresto præmisso dari debet. H. L. 11.

FATALIA.

FAtalia sub Interregno non currunt. Const. 1589. Fol 32.

FERA.

CEruum, aprum, onagrum ante canes alterius, vi vel clam rapiens, pro pœna tres marcas Iudicio, aliàs verò tres ei cui fera debebatur, luat. H. L. 38.

FIDEIVSSOR.

SI fideiussor allegat solutionem debiti factam esse per Principalem; probet. H. L. 94.

Fideiussor principalem debitum negantem conuincat, pro viginti marcis solus, pro quadraginta met secundus, pro maiori summa met tertius; sed fideiussor principali equum, bouemué non obliget, alioquin dāna resarciet. HL. Ib:

Fideiussor propter non factam solutionem, damna principali non inferat, sed pro parua summa pignus, pro maiori bonorum possesionem apprehendat. H. L. Ibidem

Kmetho non pignoretur propter fideiussoriam Domini. H. L. Ibidem.

Præscriptio, verbalis fideiusionis, actis non inscripta, anno terminatur. H. L. Ibidem.

A fideiusione pecoris abacti, non amplius quàm grossi duodecem ab omni pecore exigantur. Const. 1589. f. 38.

Filij

FILII NOBILIVM.

Nobilium filij, viuentibus patribus, sigillo proprio non vtantur, sed paterno. H. L. 1543.

Vsus tamen excipit ab hac lege filios Magistratu aliquo insignitos, vel per coniugium è patria potestate emancipatos.

Nobilis Nobilem asserens esse filium meretricis, si non reuocat statim, aut negat, probatué: sexaginta marcis puniatur: sic etiam, si matrem ipsius meretricem nominauerit, & reuocando debet dicere. Id quod locutus sum, mentitus sum sicut canis. H. L. 167.

Parentes Filiorum contractibus cum Iudæis factis non obligantur. H. L. 134.

Filij prioris vxoris mortuo patre, filias secundæ vxoris maritent & dotent, saluis bonis maternis. H. L. 154.

Filius pro patre, & frater pro fratre non punitur. H.L. 177.

Filium indiuisum, adultum, & armis aptum habens, potest eum absq; Regia

licentia ad expeditionem in locum suũ mittere, modo ita eum expediat, vt solus ire debuit. H. L. 16

FILII ILLEGITIMI:

FIlio illegitimo, matris caput est soluendum. H.L. 95.

Illegitima proles etiam subsecuto matrimonio non succedit, nec vnquam legittimatur. Const. 1578. fol. 189.

FISCVS.

FIsci nomine, post Curiam non nisi ij conueniantur, qui ex bonis Regalibus satis non faciunt. Const. 1567. fol. 75.

FLORENVS AVREVS.

AVrei Vngaricales boni non nisi 2. flor. & 10 grossis, accipiãtur & tradantur: neq; valor eorum eleuetur, sub pęna duplici 14. mar. pro qua forũ in officio Capitreſi perẽptoriè sine appellatione ad instantiam cuiusuis; pæna verò parti & Iudicio per medium cedere debet. Constit. 1611. Folio 15.

FLVMINA. FLVVII.

FLumina Regni sint ad nauigandum

ibera, nec à nauigantibus siue Thelo=
nei, siue rupti obstaculi nomine quic=
quam exigatur. H. L. 96.
Flumina libera sint nauigantibus, iu=
ta statuta eo nomine condita. H.L. 97
Fluuij nauigabiles, Istula, Niepr, Stir,
triy, Narew, Dunaiec, Bug, Wieprz,
Tismienica, San, Brda, Nida, Prosnia,
Notesz, liberi esse debent à quibusuis æ-
dificijs nauigationem impedientibus,
neq; ea in posterum, ab illis locis quæ
nauigabilia sunt, quisquam extruat. In
eisdem Fluuijs Theloneum nullum eti-
am Regale & Quartæ obnoxium, à No
bilibus exigatur, sed ad solos mercatores
pertineat: alioquin citatus ad Tribunal,
& iuramento Actoris conuictus, pœnam
ducentarum marcarum succumbet, ibi=
dem inter causas officij peremptoriè re
petendam, cuius medietas Regi, altera
Delatori debebitur. Const. 1588. fol 13.
Fluuijs qui bona Regalia cum bonis
Nobilium distinguunt, vicini ad vtramq;
ripam sedentes liberè vtantur. H. L. 96

In flu

In fluuijs obstacula omnia tollantur, iuxta priores Cóstitutiones. cõ. 1578. f. 190

FORALIA.

Foralia à rebus domesticis & victualibus, non recipiantur, nisi à rebus lucri causa emptis, & reuenditis. H. L. 273.

Tenutarij in bonis Reipub. foralia à nullis rebus, à subditijs Nobilium, sub pœna 100. marc. non recipiant, pro qua forũ in Trib. īter causas officij. cõ. 1613 f. 19

FRATER.

Frater senior bona fratrum minorennium ne alienet; debita inscripta ex bonis paternis communibus, ad proportionem debiti, cum amicorum consilio venditis; minutiora verò debita ex censibus exoluat: reliquum cum fratribus æqualiter diuidat: quidquid contra hoc statutum factum fuerit irritũ esto HL 98

Seniore fratre propter præscriptioné causam perdente, minor eam ne reuocet. H. L. 99.

Frater diuisus nominatim, indiuisi generaliter citentur, quod si diuisus causa

perdit,

perdit, reliqui sua minorennitate resti-
tutionem petere non possunt, nisi pro
suo interesse. Si verò sint indiuisi & ge-
neraliter omnes ad illa bona aliquod ius
se habere prætendentes citantur, causaq; cadunt, nullus illorum rem iudicatam
infringere potest. H. L. 98.

Fratres honestam educationem sororibus dent. De quo coram officio Capitaneali iure agi potest. Const. 1588. Fol. 29.

Fratres dotem sorori per patrem indotatæ, infra vnum annum post mortẽ paternam ex consilio duorum ex linea paterna, duorum ex materna coniunctorum, assignent: quam dotem infra vnum annum post desponsationem, eidem reddant, vel sortem bonorum dotis nomine in possessionem dent Const. 1588. f 29.

Fratricidæ in bona occisorum non succedant & infames sint. H. L. 99.

FRVMENTA.

GEdanum non nisi frumenta, farinæ & operæ siluestres demittantur. Constit. 1565. F. 48.

Bidgostiæ Nobilitas frumenta liber, vendat, neq; ab oppidanis impediaturè sub pœna quatuordecem marcarum iuxta literas Regias per Capitaneum exigenda. H. L. 100.

Nobiles liberè frumenta sua etiam externis vendant, vel extra Regni fines vehant, nisi vsus Reip. aliud suaserit. H. L. Ibidem.

Frumentum mutuatum intra quatuor annos repetatur. H. L. 101.

Frumentorum nocturni fures, si deprehendãtur, equos & omnia quæ secũ habent perdent: in renitentia impunè occidi possunt. Si verò illi defensorem vulnerauerint, vel interfecerint, soluãt. Dominus verò de cuius fundo exiuerint in pœna trium marcarum Regi condemnetur. H. L. Ibidem.

Pro vna Cassula frumenti, parti tres, Iudicio sex marcæ debentur, si verò ea noctu recepta sit, furtum est. H L. Ibid

Frumenta in fundo Nobilium hæreditario nata, non autem coempta, libe-

ra sunt

ta sunt ab omnibus quibuscunque Thelo neis dum defluitant, præstito siue per Dominos, siue per factores iuramento, sub pœna 500. marc. Const. 1588. f. 42.

F V R.

Furans res minutas in Curia Regis, au ris periculo sit obnoxius. H. L. 103.

Fures manifesti etiam non victi iure, capiantur. H. L. Ibidem.

Fures si de Regno fugerint, & tandem Regi reconcilientur, nihilominus læsis satisfaciant, & infames sint, vna cum illis, qui eis hospitia præbent, vel prædam cum eis partiuntur. H. L. 209.

Infamatus ter pro furto, non secus euadat ac si Nobilitatem esset probaturus, alioquin pro fure reputetur. Accusatus verò quarto pro furto, legibus plectatur. H. L. 104.

Furti accusatorum & sese bis absentantium bona confiscentur, quæ Capitanei apprehendere debent. Idem ibi:

Ter in Regestris maleficiorum nota-

tus, non censetur esse bonæ famæ, & capi potest. 168.

Hæc lex ad biennium prorogatur. H. L. Ibidem.

Et deinde ad quinquennium. H. L. Ibidem. quæ tamen vsu retenta est.

Iudęus pro re furtiua euictorem non statuens suspendatur. H. L. 135.

Templa non deffendunt fures proclamatos. H. L. 379.

Actio furti præscribit vno anno, si vterque, id est, accusans & accusatus fuerit de vna Parochia, sin secus intra triennium. H. L. 104.

Vicini vocati ad prosequendum furem, si noluerint persequi, ad solutionem furti condemnentur. H. L. 103.

Furti ter conuictus, etiamsi ablata restituat infamis esto. Dum tamen furtum abiurans, in vno teste deficit, non infamatur, modò satisfaciat. H. L. Ibidem.

Fures nocturni frumentorum si deprehenduntur, in renitētia impunè occidi possunt. H. L. 101.

Vir in=

Vir integræ famæ, furti accuſatus, proprio iuramento euadat. H. L. 103.

Fures etiamſi captiuitatem effugiant rei manent. H. L. Ibidem

Contra vicinum eiuſdem Parochiæ, intra annum de furto agendum, alioquin anno elapſo reus per teſtes euadat. H. L. 104.

Inuito Domino res alienas attrectans ſi in parte neget, in parte fateatur, accuſantis iuramento conuincatur. H. L. Ib:

Accuſatus pro furto apium, vel mellis ſi bonæ famæ eſt, & aſſerit proprium mel ſe tuliſſe, iuramento euadat, præſertim vbi Actor per viſum furtum non probat. H. L. 9.

Furtum in villa, poſſeſsione, fæno, frumento, campis, lacu, piſcina, vel flumine faciens, ſatisfaciat cui damnũ intulit, & Domino fundi pœnam luat. H. L 94.

Caſſula frumenti ſi noctu recepta ſit, furtum eſt. H. L. 101.

GRAMEN.

DEpascens gramina, in tunica pignoretur. H. L 94.

Graminis aut prati demessor, si dicat se illud apud Wladariũ defunctũ emisse, ad probationẽ admittatur. H L. 186.

GRANICIES.

GRanicies inter bona Regalia factos, Capitanei obseruent, sub pœna Centũ marcarum. Const. 1567. Fol. 75. (52.

Granicies Rex nemini deneget. H. L.

In graniciebus constituendis ante omnia naturalis limes, puta, riuus, flumen, eiusq; alueus, nouus vel antiquus spectandus est. Et attendendum si riuus naturaliter & spontè, an per industriam auersus est: si spontè, antiquus alueus pro limitibus esto; si verò per industriam auersus est, nouus alueus limites faciat, antiquus verò totus ad illum pertineat in cuius hæreditate situs est. H. L. 267.

Granicies tutor facere non potest. H. L. 285.

Granicierum talis processus obseruatur.

Primùm actor ad Iudicium Terrestre reum citet simpliciter, pro actoratu, absq; vlla positione taxæ. Si reus in primo termino non comparuerit, in pœna contumaciæ condemnetur. Secundo non comparens in lucro condemnetur, vbi actor lucratur actoratum & ad campum cum parato actoratu remittitur. Tandem per Succamerarium reus per literas innotescentiæ vocatur, ad attentandum actorem iurare cum testibus super ductione limitum seu granicierum. H. L. 266.

In termino Innotescentiæ, reus ad nullam de actoratu controuersiam admittitur, sed actor pro libitu suo, officium ducit, & scopulos erigit, non obstantibus quibusuis probationibus, & quantumuis euidentibus signis citati, ita tamen vt in vltimo aciali scopulo, actor cum sex testibus iuret, se nihil vicino ademisse. H. L. 267.

Idem fiet, si neq; in campo reus com-

paruerit. Succamerarius verò post pręstitum iuramentum, decernat limites robur perpetuum habere debere. Cuius decreti totiusq; Processus seriem Succamerarius sub suo sigillo, ad terminos Terrestres remittit, qui ibidem actis inseratur. H. L. 268.

HÆREDITAS.

Citatus pro hæreditate aut pecunia obligata si in termino peremptorio non comparuerit, actor lucratur pecuniam aut hæreditatem, peccunia reo restituta. H. L. 92.

Emptor hæreditatis contra propinquos & creditores triennio & tribus Mensibus præscribit. H. L. 188.

Hæres pro obligatorio impeditus, ad probationem hæreditatis & possesionis admittatur, vbi literis nihil probatur contrarium, vel vbi vtriusq; partis iura dubia sunt. H. L. 183.

Possessor hæreditatis, tribus annis totidemq; mensibus præscribit, nisi probetur facultatem conueniendi non fuisse. H. L, 189.

Non comparens in termino peremptorio in hęreditaria quęstione causam perdit, & actor in eius possessionem mitti debet. H. L. 62.

HÆRESIS.

HÆreseos Iudicium pertinet ad Spirituales. H. L. 107.

Vnicuiq; liberùm sit extra Regnum studiorum causa proficisci, modò ne hæreses discat, vel adferat. H. L. ibid.

Hæretici, eorumq; fautores, vbique per Capitaneos & Officia ciuilia capiantur. H. L. 106.

Si quis hæreses promoueat, contra talem omnes consurgere debent, nec ei vllo verbo, consilioué auxilium ferre, sub fide & honore, etiamsi sit sanguine iunctus, Iuribus Regni saluis. H. L. Ib.

HOMICIDIVM.

QVi turbat conuentum cum homicidio, pæna capitis puniatur. H. L. 51.

Homicidia olim Castellani iudicabant. H. L. 107.

Sed hoc abrogatum est per posteriores leges.

Homicida vbiq; capiatur. H. L. 103.

Homicidę Nobilium & eorum ſubditorum in Ciuitatibus iure Polonico iudicentur. H. L. 303.

Præſcriptio agendi pro capite, triennio terminatur. H. L. 187. & Cō. 1588. 31.

Poſteaquam conſtiterit de homicida, citatur Reus ad Regem in Comitia pro ſeſsione turris: Conſt. 1557. Fol. 6.

Cauſa occaſione homicidij intra triennium inſtituatur. H. L. 112. & Conſt. 1588. Fol. 31.

Occidens aliquem viam obſidentem in ſui defenſione, ſex teſtibus euadat, & ſolutis ſexaginta marcis liber ſit abſque turris ſeſsione. Homicida tamen in via aliquem interficiens 120. marcas ſoluat & turrim ſuſtineat. H. L. 108.

Occidens aliquem in defenſione ſui vel ſuorum 120. marcas ſoluat abſq; turri. H. L. Ibidem.

Hæ duæ Conſtitutiones ſuperiores in ſuo robore ſunt conſeruatæ Conſtitutione 1588. Folio 32.

De illis qui fortuito casu intereunt nulla quæstio moueatur. H. L 107.

Si author homicidij ignoratur, Reum successores quærant. H. L. Ibidem.

Parricidæ, fratricidæ, sororicidæ, in bona occisorum non succedant, & infa. mes sint. H. L. 99.

Qui occisum asserit Nobilem fuisse, cum non fuerit, & hoc nomine actionem instituat, pro capite nihil lucretur, quin immò 120 marcarum atq; sessione turris per vnum annum puniatur. Idem de vulneribus censendum est. H. L. 112.

Pro capite interfecti Nobilis, nemo ita componat, vt homicida turris sessionem elludat, sed consanguinei occisi, ad maximum intra duodecem septimanas homicidij, protestationem ad acta Castrensia, illius loci sub cuius iurisdictione homicidium patratum est, fideliter referant, & iure competenti, iuxta excessum sine intermissione agant. Quod si tam longè absint vt ante hoc tempus id facere non possunt, faciant tamen mox

post

post primā noticiam. Const. 1588. f. 32.

Solutio capitis vltra pœnam turris, quæ publica est, sit in duplo, hoc est, caput gladio vel aliàs manu interfectum, ducentis quadraginta marcis; ex pixide verò, quadringentis & octuaginta. Quam summam homicida successoribus refundat priusquam è turri exeat. Quod si in turri moriatur, ex bonis tamē eius, hæredibus occisi satisfiat. ibi: f. eo:

Plebeius occidens Nobilem, capite puniatur, vbi Nobilis occasionem occidendi non dedit. H L. 304.

HOMICIDIA casualia.

Homicidia casualia ea sunt, si quis casu fortuito interficiat eum, cum quo illi antea nullæ contentiones, rixæ, vel odia intercedebant. In ciuitate tamen vel circa domum, itidem & in campo lato, ex pixide interficientem, casus allegatio non iuuabit. Const. 1588. Fol. 32.

HOSPITIA.

Hospitia in Conuentibus particularibus & Iudicijs pro cuiusq; dignitate Ca-

pita-

pitaneus distribuat. Const. 1565. Fol. 25

Hospitium nemo apud Iudæum quærat. H. L. 130.

Hospitia præbentes furibus & prædonibus infames sint. H. L. 209.

IMPOSSESSIONATI NOBILES.

Impossessionati & odardi, in Iudicio Castrensi, cuilibet respondeant, qui si apud possessionatum arestantur, statui coram Capitaneo intra vnam septimanã debent, fideiussores daturi, vel detinendi; aliàs possessionati pro arestatis respondeant. H. L. 113.

Contra impossessionatum verò qui arestari non potest, in Parochia in qua erat possessionatus, citationes ponantur, clamante Ministeriali, citra damnũ hæredis illius villæ. H. L. Ibidem.

Eiusdem legis declaratio.

Impossessionatus posteaquam ei in Iudicio Castrensi satisfactio iniungitur, debet sese vel parata pec cunia elibera-

re in 2. septimanis, vel fideiussores dare quod satisfaciet in 6. septimanis, quod nisi fecerit citari debet ad bañiendũ, & cùm bañitus fuerit, capi & detineri debet vsq; ad satisfactionem. Citatio verò contra illum vel in Parochia in qua possessionem habuit, vel in qua natus est, poni, vel eidem in manus tradi potest. Arestatos autem ij tantùm ad Castrense officium statuere debent, qui eos in domibus proprijs arestatos in instanti non extradiderint, vel ab eis non recesserint, eosué domo sua non eiecerint. Const. 1588. Fol. 35.

IMPOSSESSIONATI KMETHONES.

IMpossessionati Kmethones possessionatas vxores sequantur, possessionatis verò vxores tradantur. H. L. 143.

INCENDIARIVS. INCENDIVM.

INcendiarius vbiq; capiatur. H. L. 103.

Pro incendio accusatus, si se expur-

gare

gare non poterit pœnam 14. marcarum fisco luat. H. L. 114.

Incendiarij & exustores voluntarij morte crudeli puniantur, quos neque Ecclesia defendit, neque Ciuitates iure Theutonico locatæ, imò ex illis trahi, & iure Polonico iudicari & puniri debent. H. L. 113.

Pro incendio Capitaneus iudicat. H. L. 33.

Per aruipirium syluam incendens, iure Polonico, iudicetur, sicut incendiarius, & quamuis infamis non est, conuictus tamen si fuerit Kmetho, & non est soluẽdo, redimat vitã 10. marcis. H L. 113.

INDIGENATVS.

INdigenatus omnes in Regno Poloniæ & M. D. L. sine consensu Ordinum Regni & M. D. L. ex Cancellaria ne dẽtur; dati cum consensu omnium Ordinum in Constitutiones inscribantur, aliter nullius sint valoris. Cõst. 1607. f. 43.

Nemo pro indigena Regni recipiatur, nisi is, qui primò in Conuenti-

bus particularibus in singulis Palatinatibus apud Nobiles id impetret, & per Nuncios in comitijs commemoratus sit. Const. 1601. Fol. 36.

INFAMES.

TEr in Regestris maleficiorum, notati infames sunt. H. L. 168.

Infames legitimè condemnati sicut Polonici in Lithuania, ita & Lithuanici in Polonia locum non habeant, immò officia exequutionem in illos extēdant. Const. 1589. Fol. 37.

Infames in Regno locum non habeant, immò per Capitaneos capiantur & capite plectantur in instanti sub pœna 300. marcarum Actori succumbenda & Iudicio Terrestri sine exceptionibus dilationibus & appellationibus repetēda atq; soluenda sub pœna 14. marcarū. Const. 1563. Fol. 30.

Infames sunt fures, prædones, eorumq; receptatores. H. L. 209.

Infames sunt Parricidæ, fratricidæ, sororicidæ. H. L. 99.

Inhibi,

INHIBITIONES.

INhibitiones ſpiritualium ad ſecularia Iudicia non dentur, datæ nullius ſunt valoris, niſi in cauſis merè ſpiritualibus H. L. 114.

Neque Rex inhibitiones det, niſi in cauſis eorum qui in bello ſunt, vel negotia publica gerunt. H. L. 115.

Inhibitiones etiam à Rege impetratæ nullæ ſint, neq; audiantur. H. L. Ibi:

Cancellaria inhibitiones ne det, cēſentur enim pro literis iuri contrarijs. H. L. Ibidem.

Qui literas inhibitorias produxerit, vel Iudex qui eis paruerit, pœna 14. marcarum puniatur. Exceptis cauſis ſeruitij Reipub. vel bello occupatorum, quæ tamen non niſi ad vnius anni decurſum, literis ſpecialibus Regijs ſuſpēdantur. H. L. 114.

INQVILINI.

INquilini legibus Kmethonum non tenentur, quoniam ſine cuiuſquam iniuria reſident. H. L. 143.

Inquilini labores septimanatim obeant. H. L. 258.

INSCRIPTIO.

INscriptiones reemptionales, commutatoriæ, donatoriæ, obligatoriæ ad certum tempus, & debitorum in certam diem fieri solitæ, bonorum vtendorum inter coniuges, aduitalitates & arendarũ aliæq; huiusmodi obligationes sint iuxta formulas ipsarum inscriptionum in statuto conscriptas; ita vt si etiam breuiter in actis scriberentur, debent tamen valere. H. L. 117.

Inscriptione nisi quis conuincatur super mutuũ, iuramẽto euadat. H L. 166.

Inscripta sibi bona Rex in Conuentu repetat, modò illa bona non sint litigiosa. Const. 1565. Fol. 48.

Inscribens se de transportatione inscriptionis, si id suo tempore non fecerit, faciat, luita pœna trium marcarum & Iudicio totidem. H. L. 166.

Inscriptiones Castrẽses, nisi intra annũ & sex septimanas ad acta Terrestria

transfe-

transferantur euanescunt. H. L. Ibid.

Hoc statutum intelligendum est de inscriptionibus ad Acta Castrensia non perpetua factis. Ad acta enim perpetua factis transportare non est opus.

Inscriptionem perpetuam non esse in fraudem factam probatur iuramento cum sex testibus; temporalem cum duobus. H. L. 116.

Inscriptiones absente principali procurator non faciat, neq; pecuniam tollat. H. L. 117.

In inscriptionibus faciendis Iudices diligenter considerent ætatem, discretionē, valetudinē incognoscētis. HL. 115.

Inscriptioni reemptionali, expressè verba reemptionem seu *Widerkauff* sonantia addantur. Sigis: 1523. f. 44.

Inscriptionem falsam alterius nomine faciens pœna inuasionis domus puniatur. H. L. 116.

Contra inscriptiones nihil fiat, nihil dicatur, excepta sola dilatione ad quietationem. H. L. 117.

A suscipiendas inscriptiones ad ægrotos, Rex tantùm mittat. H. L. Ibid.

Inscriptiones in positione actorum suscipiantur & extradantur. H. L. 170.

Inscriptiones coram Tribunali fieri possunt. Const. 1578.

Inscriptiones Polonicè scribi possunt Sig: Crac: 1543.

Inscriptiones bonorum Terrestrium Ciuibus non admittantur. H. L. 46.

Inscriptiones vt diligenter actis inserantur attendat Iudex, quod & parti attendere liceat. H. L. 121.

Inscriptiones sub Interregno factæ firmæ. Const. 1573. Fol. 120.

Inscriptionem priorem habens in bonis, præfertur illi qui posteriorem habet, etiamsi ad posteriorem perlucra accedant, nisi quis triennio possederit, vel nisi alicuius inscriptio, de iure nulla esse cognoscatur. Quare oẽs inscriptiones, in alienis actis recognitæ, ad acta Castrensia vel Terrestria loci illius in quo bona illius recognoscentis consi-

stunt

ſtunt, ſiue per debitorem, ſiue per creditorem, ſiue per vtriuſq; ſeruitorem referantur. Potioritas autem & prioritas iuris computari debet ab eo tempore, quo in foro proprio inſcripta eſt obligatio. Conſt. 1588. Fol 38.

Ratione inſcriptionis in fraudem Creditorum factæ, liceat ſemper iure agere, ijs creditoribus, quibus illa inſcriptio damnoſa eſt. Ibidem.

Inſcriptiones & obligationes omnes, fiāt iuxta formulas in ſtatuto deſcriptas, vxores ad conſentiendum inſcriptioni mariti, adducantur. Tuitio ſub pœna conſenſu partium conſtituta inſcriptioni addatur. H. L. 117.

Inſcriptiones ita interpretari debent, vt ſi ſpecies appoſita generalitati fuerit, ſiue illa ſequatur, ſiue præcedat, ad ſpeciem duntaxat inſcriptio referatur; & vbi ſpecialis mentio in literis facta non eſt de Theloneo, de iure patronatus, de fumalibus, de ſtatione, iuri Regio conſeruatur. H. L. 26.

Generales tamen inscriptiones omnia complectuntur. Idem ibidem.

INSIDIÆ.

INsidias in via publica alicui tendens si ab eodem in defensa occisus est, homicida euadat cum sex testibus, & absq; sessione turrica sexaginta marcis pro capite numeratis absoluatur. H. L. 108.

Instigator, *vide in Speculo sub titulo Instigator.*

INTERREGNVM.

SI Rex sine prole decesserit, Poloni sine Lithuanis Regem ne eligant, & è conuerso. H. L. 89.

Sub Interegno ex thesauro nihil rapiatur, sub pœna fraudis & peculatus. H. L. 122.

Post mortem Ludouici Regis Confœderatione dicta *Kaptur* cautum est, ne quis Iura Regni labefactaret, sed vt ea omnes deffendant, nec minus Ecclesias, nec bona Ecclesiastica. H. L. 85.

Post mortem Regis Augusti, itidem cautum est, ne quis cuiquam sit iniurius,

alio-

alioquin in eius destructionem omnes confugere debent. Const. 1572. Fol. 119.

Tandem alia confęderatione eiusdē Interregni cautum est, vt Rex sine dismembratione eligatur, electus ante omnia iura & libertates iuramēto approbet & specialiter iuret, quod inter dissidentes de religione Pacem conseruabit neq; Nobilitatem extra fines Regni, etiam solutione quinque marcarum super hastam educet, ne quis priuatim electiones indicat, vel factæ contraueniat, ne quisquam propter religionem quicquā patiatur, saluis Magistratibus. Compositio inter Status, vt finem sortiatur in Conuentu. Iudicia vt fiant, ad inscrptionem respondent. Inscriptiones & resignationes valeant. Bona liberè redimantur. Euntes ad electionem securi sint. Const. 1573. Fol. 120.

Acta eius Interregni approbata & confirmata sunt. Const. 1676. Fol. 165.

Post mortem REgis Stephani, iterum ad similes confœderationes re

curritur; & iudicia vltimæ instantiæ in singulis Palatinatibus instituuntur, de quibus in Conuentione Warsouiensi leges latæ, & multa alia pro temporis ratione sancita sunt. Succesit deinde Electionis Conuentus, quem subsequitur Conuentus ad Wislicium, vbi Electio Regis Sigismundi III. confirmatur, de quibus omnibus extant literæ vniuersales, partim typis excusæ, partim manu scriptæ, & ad singulorũ Palatinatuum & terrarũ Acta Castresia relatæ. Con. 1586.

INVASIO DOMVS.

INuasor domesticus vbi aliquem ex domesticis enormiter vulnerauerit vel occiderit ad Iudicium Castrense citatus, sex testibus in illo districtu possesionatis, ex decemocto eligendis conuincatur, & capite plectatur. H. L. 124.

Calumniosè hoc nomine accusans infamis sit & cauterisetur. Idem ibidem.

Si fugerit violator & inuasor domus, infamis pronuncietur, capite vbi eius copia fuerit plectendus. H. L. ibidem.

Post

Post conuictionem inuasionis scrutatores non dentur, conuictus puniatur, tamen ante conuictionem scrutinia fiant. Const. 1578. Fol. 190.

De inuasoribus & violatoribus domus vide etiam Const. 1611. fol. 6. & 14.

Famulus alicuius domum alterius inuadens & quempiam occidens, apud Dominum arestetur, cum quo Dominus ius dicat vel pro illo respondeat. Si verò famulus non arestatus fugerit, Dominus cum duobus testibus euadat, id factũ esse sine scitu & volũtate, & quod occasione fugiendi non dedit. H. L.124.

Citatus pro eo quod iussu eius famulus quidpiã fecerit, Iusticiam cum seruis ministrabit, posteaquam arestati fuerint; in deffectu verò Iusticiæ, Dominus non nisi pro his respondeat, & sese purget, quæ violentiam, domus mansionem, necem aut vulnerationem Nobilis attinet. H. L. 242.

INVENTOR.

INuentor si neget rem pro qua culpatur in-

tur inueniſſe, iuramento euadat. HL. 124.

ITINERANTES.

DAmnum ſi quis ex tranſeuntibus, vel pecora agentibus dederit, illud Miniſterialis cum Nobilibus, vel ad minus duo villani conſpiciant, & æſtiment, & damnum paſſus, illud iuxta eorum æſtimationem exigat: vocatus verò propterea in Iudiciũ iuramẽto euadat, modò teſtimoniũ eius rei habeat. HL. 275.

Itinerantes nihil vi recipiant, ſed à rerum Dominis emant. H. L. 179.

Itinerantium ſecuritatem Capitanei defendant eorumq́ Iudices. H. L. 288.

IVDÆI.

IVdæi in villis vlnatim non mercentur. H. L. 95.

Iudæo Chriſtianus ne ſeruiat ſub pœna turris. Iudæus verò Chriſtianum ſeruum habens, pœna 100. marcarum puniatur. Conſt. 1565. Fol. 53.

Chriſtianus ad teſtimonium contra Iudæum non admittatur, niſi cum Iudæo & Chriſtiano. H. L. 130.

Iudæ-

Iudæus negans se pignus recepisse iuramento euadat. Si verò Christianus asserit in minore summa res suas obligatas esse, Iudæus verò maiorem petit, Iudæi iuramento stetur. H. L Ibidem

Iudæus si pro mutuo impedit Christianum, Christianus iuramento euadat. Idem ibidem.

Iudæus in pignns omnia recipiat, præter res sacras & sanguine madefactas. Idem ibidem.

Iudæus si pignus cum suis rebus amisit, iuret & absoluitur. H. L. ibidem

Iudæi septimanatim vsuras exigant, quod si ad literas pecuniam dederint, debitor per biennium non monitus ad vsuras non tenetur. H. L. 134.

Parentes filiorum contractibus cum Iudæis factis non obligantur. H. L. Ibi:

Iudæi pecuniã super literas ne dent, absq; pignore alioquin & obligatio nulla, & debitor ad solutionem non tenetur. H. L. 134.

Iudæi triennio præscribunt; super

bona nihil dent, libertatibus quoq; post coronationem Casimiri III. concessis, priuentur. H. L. ibidem.

Iudæi ad arbitrium Cancellariæ literas soluant. H. L. 135.

Pignora non per seniores Iudæos, conspiciantur, sed inscribantur. HL. Ib:

Iudæus si in re furtiua non sistit Euictorem suspendatur. H. L. Ibidem.

Iudæi neq; Theloneis, neq; vllis officijs præsint. Idem ibidem.

Modum mercandi iuxta ordinationem Regiam Iudæi exerceant, & pacta cum Ciuitatibus inita obseruent. Id: ib:

Vadia propter securitatem Iudæis data non ad singulas personas, sed ad communitates referantur, in villis verò Iudæi non mercentur. H. L. 130.

Nobilium Iudæi, in Regia defensione nihil sibi promittant. H. L. 135.

Equos Iudæi extra regnum ne ducant. Const. 1550. Fol. 3.

Neq; eisdem mercentur, alioquin & equos amittant & suspendantur. Const. 1557. Fol. 7.

Iudæi Zupas, Thelonea, & alia id genus ne teneant. Conſt. 1562. Fol. 16.

Iudæis Palatini prohibeant, ne Thelonea, & alia id genus teneant ſub pęna 100. marcarum. Idem ibidem.

Iudæi pacta quæ cum Ciuitatibus habent non excedant, Thelonea, Zupas, tabernas &c. non teneant, ſub pœnis ſtatutorum: iuſticiam de ijs Palatini, vel Domini miniſtrent, ſub pœna 200. marcarum non obſtantibus vllis teſtimonijs & literis. Conſt. 1567. Fol. 73.

Iudæi merces & victualia non intercipicant, neq; in ſuburbijs coemant, exceptis nundinis, ſub amiſsione merciũ & victualium, probatione præmiſſa. Conſt. 1588. Fol. 70.

Super poſſeſsiones Iudæi nihil dent. H. L. 134.

IVDICIVM SPIRITVALE.

AD Iudicium ſpirituale pertinent cauſæ Fidei, Hæreſes, Schiſmata, Blaſphemiæ, Apoſtaſiæ, pro decimis, de Sacra-

mentis, beneficijs, sacrilegijs, Symonia, faenoribus, praesbitericidijs, de ijs qui ad Ecclesias confugiunt. Exceptis tamen nocturnis damnidatoribus in segetibus, fundis vel agris, sicarijs, dispercussionibus itineris, furibus publicè proclamatis, vel ter notatis, incendiarijs, & violatoribus Ecclesiasticae libertatis, tum de incantionibus, magijs, censibus Ecclesiasticis, perpetuis & temporalibus, reemptionibus Ecclesiarum dotationibus *Poświatne* dictis. Deinde ad Iudicium spirituale pertinent personae miserae, & derelictae, causae illegitimitatis, ex inscriptionibus in iure spirituali factis, Iurispatronatuum, Plebanatuum, Altarium, Pręebendarum, Sacerdotiorum, diuortiorum & dotium, inter personas separatas. H. L 153.

Iudex, *vide in Speculo Senatorum sub verbo. Iudex.*

Iudicia Tribunalis Regni, *vide ibidem sub titulo. Iudicia Tribunalis Regni & Officia iudicum.*

Iudi-

IVDICIA COMI-TIALIA.

CAusæ ad Conuentum quarta & sexta ferijs qualibet septimana iudicentur, facta verò conclusione Conuentus, nihil iudicetur quod ad Conuentum pertineat. H. L. 37.

Citatio ad Conuentum debet habere terminum sexta die post ingressum Regium ad locum Comitiorum sub pęna trium marcarum. H. L. 39.

Conuentus generalis die literis præfixa à propositione incipiat, dictis autē per Senatores præsentibus Nuncijs sententijs, crimnales causæ tota integra septimana, postea verò ferijs quarta, sexta, & sabbatho iudicentur, ita tamen ne & aliæ quoq; causæ Comitiales moram patiantur, præseitim causæ nullo iure & quartæ. Const. 1578. Fol. 186.

Citans aliquem in causa criminali, ita sit paratus, vt in eo nihil desideretur, itidem & citatus. Quod si cognitum sit, actorem calumniosè reum in ius voca-

uiſſe, illicò pænam 100. marcæ & litis impēſas per euocatum liquidandas numeret, à Iudicio non recedendo, & ſeſſione turris per 12. ſeptimanas, in ſuo diſtrictu puniatur. Huic tamen legi, non ſubiacent, cauſæ ex iure antiquo coram Iudicijs Caſtrenſibus & Terreſtribus inſtitutæ, etiamſi criminales ſint. Conſt: 1565. Fol. 54.

Si quis ex ciuili cauſa criminalem faciat, pœna ſeſsionis turris & 100. marc: puniatur, & damna refundat. Conſt. 1578. Fol. 186.

Hæc pæna pecuniaria contra calumniatores ſancita ad ducentas marcas protenditur, quæ ibidem decerni debet cum pæna turris & damnorum refuſione. Si tamen quis per iuramentum crimen diluat, eam pœnam non petat. Conſt. 1588. Fol. 35.

In Comitijs actiones & deliberationes ex illis incidentes (ſi aliqua interueniente neceſsitate accideret) tertio die expediēdo eas ſecundùm Regeſtrū,

quorum numerum manu propria Rete-rendarij ſubſcriptum Notarius mutare non debet; ſimiliter etiam actiones de bonis nullo iure receptis S. R. Maieſtas iudicare debet. Conſt. 1607. Fol. 11.

Noua emergentia in Comitijs decidi debent. Ibidem Fol. 16.

IVDICIA POST CV-RIAM.

NObiles poſt curiam non citentur pro alijs bonis niſi quæ fuerint liquidi iuris Regij. hoc eſt, quæ in reuiſione literarum pro Regalibus bonis cognita fuerint, & quorum reuiſiones & luſtrationes interceſſerunt, vel quæ in ſummis obligata ſunt, ſiue antiquis, ſiue ad rationem quingētorum florenorum in ſcriptis. Tum de aduocatijs, Sculteтijs, Mineris, Molendinis, Tabernis, & alijs de iure exemptioni obnoxijs. Pro bonis verò in Reuiſione non cognitis, tam Inſtigator quàm donatarius Regius non niſi in Comitijs agat Contrauenientes huic Conſtitutioni delatores (qui in o-

mnibus Citationibus poni oxpressè debent) quingentis marcis puniatur apud Tribunal inter causas officij exigendis. Ducatum Lithuaniæ hæc lex non afficiat. Excipiuntur quoque ab hac lege Sculteti, Molitores, & Vasali Prussiæ, qui seruitijs oneribusq; Capitaneorum subsunt, nisi fortè Capitaneus tanquam rebellem & inobedientem, vel propter cōmodū Regiū detulerit. Cōst. 1598. f 7.

REge in minori Polonia degente, Nobilibus ex maiori Polonia citatis, terminus quatuor septimanarum præfigatur, & è conuerso: alioquin duæ septimanæ sufficiunt. H. L. 39.

Actiones coram Rege ventilatę, quę ad Iudicia Terrestria pertinent, in acta Terrestria inscribantur, reliqua actis Cancellariæ. H. L. 3.

Referendarij causas Theutonicas audiant, & Regi præsentibus partibus cū Cancellarijs referant. H. L. 222.

Instigator neq; ad instantiam sui, neque ex delatione cuiusquam post Curiā

citet,

citet, nisi in causis ad præeminentiam, prouētus, & ad bona Regalia pertinentibus, sub pœna 100 marcarum. Si verò quis bona aliqua Regi inscripserit, vel donauerit, ea Rex non alio iure quàm requisito repetat, idq; in Conuentu, id tamen de futuris donationibus intelligi debet, non de præteritis. H. L. 25.

Iuramenta in iudicio Regio decreta, ad districtum remittātur, nisi pars ibidē velit illud præstare. Const. 1557. Fol. 7.

De iudicijs Comissariorum, *vide supra in dictione, Commißio.*

Iudicia finium regendorum inter bona hæreditaria. *Vide supra in dictione Granicies.*

IVDICIA TERRESTRIA.

IVdicia Terrestria quater in anno celebrentur. H. L. 280.

Iudicia in locis certis & consuetis celebrentur, alioquin tanquam à non suo iudice facta pro infectis reputentur. H. L. 127.

Iudicia manè sobriè ad horam duntaxat meridiei celebrentur, & si omnes actiones vno die absolui non possunt, in alium diem differantur. H. L. 129.

In iudicijs causę iuxta Regestrum vocentur & iudicentur. H. L. 128.

Iudiciorum decreta actis inscribantur, propterea vt similes casus simili iure decidantur. H. L. 6.

In iudicijs ex libro statutorum iudicetur. H. L. 129.

Ad iudicium nemo accedat, prætérquam petendæ citationis gratia sub pęna trium marcarum. H. L. 128.

Iudicia post publicationem non reclamentur, sed peremptoriè & temporibus debitis iudicentur sub pœna 100. marc. cuius medietas fisco Regio, alia parti hac perendinatione lęsæ debetur. H. L. 414.

Ad iudicia Iudex, Subiudex, Notarius, necessariò veniant. H. L. 126.

Iudicia Terrestria vbique, vsque ad Conuentum particularem celebrentur,

literis Comitialibus non obstantibus. H. L. 280.

Iudicia tam Terrestria quàm Castrẽsia & querellarum vna septimana ante Conuentum particularem non debent iudicari: si iudicabuntur nullius sint valoris; excepta positione actorum Terrestrium, in qua exemptiones bonorum fieri debent, etiam sub Conuentu generali & particulari. Const. 1590 Fol. 28.

Finitis verò Comitijs non prius incipiant quàm post duas septimanas. Const. 1589. Fol. 31.

Palatini sicut in reliquis quæ ad officium illorum pertinent, diligentes esse debent; ita non minus animaduertere, ne iudicia iustis temporibus intermittantur. H. L. 176.

IVDICIA CASTRENSIA.

SI quis extra forum non comparuerit, vel per iurisdictionem Capitanei prorogauerit, iudicium nullum esto. H L. 33.

Ad iudicia Castrensia, citationes sub

ſigillo & titulo Capitanei extradi debēt: H: L. 22.

Terminum facionatum, qui vnius ſeptimanæ eſſe debet, Capitaneus iudicat. *vide ſupra ſub dictione. Terminus facionatus.*

Tamen talis terminus, non niſi pro furto ablatis rebus præfigi debet. *Vide ibidem.*

Impoſſeſsionati in iudicio Caſtrenſi reſpondeant. *vide ſupra in dictione. Impoſſeßionati Nobiles.*

In Caſtrenſibus iudicijs, actores in fine iudicij condemnentnr. H. L. 208.

Termini querellarum Caſtrenſium, non tranſportentur, ſed in duabus ſepti manis iudicentur, neq; dilationes habeant, præter vnam, id eſt, vt in ſecundo termino peremptoriè iudicentur. H. L. 220.

Sententiæ retractatio Iudicem Caſtrenſem non infamat. H. L. 240.

Officium Caſtrenſe paratum eſſe debet, in recenti crimine, in miniſtranda

iusticia, & exequutione rei iudicatæ non expectatis terminis Castrensibus, diebus festis exceptis. H. L. 173.

In articulis Castrensibus, ex termino concitato, astito, ritè vadia interponũtur, cum additione Ministerialis. H L. 202

Iudicia Castrensia Cracouiensia per totum illum Palatinatũ, manè celebrẽtur, vsq; ad horam vigesimam primam. Const. 1578. Fol. 190.

A sententia Iudicij Castrensis appellationes ad Tribunal fiunt Const. 1568

Capitanei vltra quatuor articulos nihil iudicẽt, & memorialia instar Terrestriũ iudiciorum exigant, neq; Nobiles extra suos districtus euocent. Sigis: 1538

Iudicium Castrense, semel ad proximos terminos Castrenses deliberet, officium verò ad quindenam, sub pęna trium marcarum, vbi libuerit iniuriam passo repetenda. In termino verò deliberationis nullæ amplius controuersiæ audiantur. H. L. 27. *Lex annalis.*

Termini Castrẽses ne transponantur

ſub pœnis legalibus, pro quibus Nuncij agant, & propterea Officiales Caſtrenſes poſſeſsionatos eſſe oportet. HL. 280

Ementitus Nobilis Caſtrenſi Iudicio conueniri poteſt, ſi eſt impoſſeſsionatus. Conſt. 1589. Fol. 18.

Pro abacto pecore, eoram officio nō Iudicio Caſtrēſi agendū eſt, pro damnis verò Iudicio terreſtri. Conſt. 1588. f. 39

Pro mercibus in via vi receptis, coram officio Caſtrenſi agi poteſt. Conſt. 1589. Fol. 23.

Plura de Iudicijs Caſtrenſibus habes in Speculo in dictione. Capitanci,

IVDICIORVM SECVRITAS.

SI quis inuitis Iudicibus ad iudicium accedat, (niſi pro petenda citatione) pœna trium marc: puniatur. H. L. 129.

Eadem pœna mulctetur is, qui cum ſtrepitu & tumultu ad Iudicium acceſſit. H. L. ibidem.

Iudices in alijs cauſis per Miniſteriales citent, pro violentia verò Iudicij, id

licitè

licitè per quemuis famulū faciēt. H L. 157

Pœna quatuordecem marcarum fisco applicatur, vbi quis in facie iudicij gladium ſtrinxerit. H L. 114.

Arma ſi quis in domum iudicij intulerit, pœna 14. marc: puniatur, & arma perdat, ſi ea vibrauerit, pœnam ſexaginta marcarum luat, ſi quem vulnerauerit, capitis pœnam ſubeat. Capiatur autem per Capitaneum vel Burgrabium donec ſatisfecerit. H. L. 127.

Inhonorans Iudicium, vel in menſa cubans, pœnam trium marcarum luat, non recedendo ab Iudicio, ſub pœna quatuordecem marcarum. H. L. 129.

Ad Iudicia & Conuentus, ſi quis cum armis ſeditionem præſeferentibus venerit, capitali pœna puniatur, ſi fugerit bona confiſcentur,, hoc autem ſtatutum quamuis omnes afficiat, præſertim tamen Capitaneos. H L. 127.

In Conuentibus ſi quis ſeditioſè gladium ſtrinxerit, pœnam viginti marcarum, ſi vulnerauerit, pœnam anterioris

statuti; si occiderit, pœnam capitis luat, si aufugerit infamis esto, de quibus Capitanei inquisitionem & exequutionem faciant, sub pœna 100 marc: H. L 51.

De hac securitate Iudiciorum vide etiam Const. 1598. fol. 34. & Const. 1601. fol. 49. 1607. fol. 24. 1611. fol. 1, 4. & 9.

IVMENTVM.

INterficiens iumentum indomitum 4. marcas soluat. Poledrus tribus marcis, ictus verò vel plaga iumento inflicta vna marca cum dimidia soluatur, pro poledro verò, tertij, quarti, vel quinti anni soluatur iuxta æstimationem, iuramẽto iniuriam passi imponendam. HL. 179.

Iumenta à ferijs Diui Alberti, ad ferias Diui Martini sub custodia pascantur, aliàs conuictus pœnam luat vnius marcæ, sed pecora abacta ad domum propriam non pellantur. H. L. ibidem.

Passus damna per furtum vel spolium in pecoribus vel rebus minutis intra annum; pro iumenti verò & equis vi vel furto ablatis, intra biennium agat, alioquin

quin poſt biennium, ſine teſtibus agere non poterit. H. L. 188.

IVRAMENTVM.

Officiales Terreſtres, non in poſitione Actorum, ſed in terminis iurent iuxta ſtatuta. Conſt. 1589. Fol. 18.

Senatores iuramento ſuo addant, quod in Iudicio iuſtè ſententiam ſunt dicturi. 1588. Fol 40.

Iuramentum ſeruus Domino deffer-re non poteſt. H. L. 29.

Factores ſpiritualium & ſecularium, per terram & aquam cum mercibus euntes, iurent illas merces non eſſe lucri gratia emptas, ſed proprij laboris & domeſticas, quo facto, abſq; Thelonei ſolutione dimittantur, quod iuramentum Teloneatores obſeruent ſub pœna Regali H. L. 93.

Semel tamen iurato factori vbiq; credatur. Ibidem.

Iuratus ſemel coram officio Caſtrenſi famulus, ad iterationem iuramenti proprietatis frumenti, vel ad ſolutionē

Teloneí ne cogatur, sub pœna 100. mar: coram quouis Iudicio vel officio exigenda. Const. 1581. Fol 221.

Ad iuramentum Nobiles & eorum famuli in Theloneis admittantur. Ibidem Fol. eodem.

Per iuramentum Reus pro mutuo euadit. H. L. 166.

Iuramenta in Iudicio Regio decreta, ad districtum remittantur, nisi pars ibidem velit illud præstare. *Habes supra sub dictione. Iudicia post Curiam.*

Iuramētum si aliter Ministerialis prę dixerit, atq; debuit, priuatione perpetua officij puniatur. H. L. 158.

IVS.

IN Regno Poloniæ omnes vno eodēq; iure iudicentur, alioquin quidquid contra statuta Regni iudicatum fuerit, nullitatis vitio subiacet. H. L. 139.

Iuris externi allegationes Rex non admittat. Const. 1576. Fol. 160.

Nobiles, qui villas iure Theutonico fundatas habent, si eodem iure abusi,

Polonicũ introduxerint, amplius Theutonico non gaudeant. H. L. 139.

Contra iuris præscriptum facta pro infectis reputantur. H. L. 127.

Iura abusu euanescunt. H. L. 23.

Allegationes iuris externi non admittantur. Const, 1576. Fol. 160.

IVS PATRONATVS

Iura patronatus penitus abrogantur H. L. 92.

Beneficia iuris patronatus Regij, & incolarum Regni, per reseruationes in vita, vel pensiones nemo impetret, aliàs pœna confiscationis bonorum & proscriptionis & ipse, & amici consanguineiq; punientur. H L 140.

Ius patronatus, nisi expreßè inscribatur, iuri Regio reseruatum esse tenetur. H. L. ibidem

IVRIS POTIORITAS.

Ivris potioritas & prioritas, computari debet, ab eo tempore, quo in foro

proprio inscripta est obligatio. Const. 1588. Fol. 38.

KMETHO.

KMethonem si quis remouerit, & agrum eius coluerit, decimam soluat H. L. 73.

Kmetho vituperio Nobilem non infamat, bellum seruientem, & iudicio Terrestri subiectum, nisi ab alio Nobili audiuerit, idem illi fuisse obiectum, & is crimen non diluit. Nobiles tamen in ciuitatibus cereuisiam propinantes, & vagi atq; impossessionati, etiam Kmethoni ignobilitatem obijcienti sese expurgent. H. L. 167.

Kmethonum sine prole decedētium bona: non ad Dominos, sed ad proximiores deuoluantur, calix tamen vnius cum media marcæ, ex illis ad Ecclesiam parochialē loci illius detur. HL 145

Kmetho non nisi vnus aut duo, de vna villa ad alias transeat, præter Domini voluntatem: omnes tamen abire possunt, si propter excessum Domini

deprædentur, vel si Dominus filiam vxoremuè Kmethonis oppresserit, vel si sententiam excommunicationis per annum sustinuerit. H. L. 141.

Kmethoni fugitiuo nihil iuris accedit, quamdiu Domino de loco mansionis ipsius non constiterit. post acceptā verò notitiam, Dominus agat intra annū, alioquin præscribet. Quod si Kmetho iure lucratus, ad Dominum redire timuerit, solutis Domino tribus marcis & censu annuo, liberetur in iure Theuthonico; secus non liberatur, nisi hæreditate vendita, & alio æquè diuite in suum locum relicto, hyemalibusq; conseminatis, aut agro extirpato. Si noctè fugerit res omnes relictæ Domino debentur, & nihilominus restitui debet cum pœna quindecem aliàs trium marcarum. Quod si libertatem habuit, tot annis iure Polonico seruiat, quot liber fuit; iure verò Theutonico censum tot annorum soluat, quod libertate viuus est. H. L. 142.

Kmetho

Kmetho vel subditus pro pœna, obligatione, aut cautione Domini, ne pignoretur. H. L. 145.

Kmetho libertatem in cruda radice suscipiens, discedere non potest nisi agro extirpato: quo facto, id quod ius Terrestre, vel illius hæreditatis suaserit, repetat. H. L. 141.

Kmetho profugus, Iudicis Castrensi olim repetebatur. H. L. 144.

Sed deinceps id fieri Iudicio Terrestri vel in positione Actorum, cautum est, primo termino perēptorio. HL. Ibi:

De dimittendis Kmethonibus consuetudo cuiuscunque terræ obseruetur. H. L. Ibidem.

Kmetho si plures filios habeat, vnum duntaxat ad seruitia, studia, vel artificia mittat, idq; non sine literis Capitanei vel Domini: si vnum tantùm habuerit, maneat in agro paterno. si fugerit, Domino vndecunq; restituatur, sub pœna 14 marcarū, & nihilominus soluta pœna, detentor profugū extradat HL 143.

Kmethones in ciuitatibus non areſtẽtur, ſub pœna trium marcarum parti, & Iudicio totidem, per Capitaneum loci exigenda, ſed de ijs Iuſticia apud Dominũ petatur, quæ ſi negata fuerit Dominus iure cõpetenti cõueniatur. H L 11.

Vnus tantùm Kmetho de vna villa, annis ſingulis tranſeat, & non detineatur, ſub pœna conſueta. H. L. 142.

Kmetho fugiens, vbiq; iure Polonico in primo peremptorio termino, repetatur, ſine dilatione, niſi vera infirmitas reum excuſet. Capitaneis quoque Rex mandabit, vt profugos reſtituant, ſub pœnis non recedendo à Iudicio ſoluendis, vel fideiubendis, alioquin maiori pœna 14 marcarum puniendi. HL.144

Kmethonum filij, ante 12. annum, ad ſtudia, vel qualibet ætate ad artificia exeant, idq; cum ſcitu Dominorum: alioquin ſortem patrimonij perdent, & reſtitui debebunt. H. L. 143.

Kmetho pro rebus in loco controuerſo receptis, agere non poteſt, ſed

Domi.

Dominus, quia actio est hæreditaria. H. L. 145.

Kmethones impossessionati, possessionatas vxores sequantur, possessionatis verò vxores tradantur. H. L. 143.

Kmethones, qui antea nullos labores sustinebant, vnum diem ex quolibet laneo, septimanatim Dominis laborent, exceptis ijs, qui labores redimere, vel ijs qui ratione suarum possessionum, plus laborare solent. H. L. 141.

Kmethones eorumq; filij, hortulani, & quiuis subditi, fugitiui in Ciuitatibus capiātur, laboribus applicentur, & tandem duodecim grossis receptis Dominis restituantur. H. L. 144.

Kmethones fugitiui, cum vxoribus, liberis, & omni suppellectili, vltra quingentas marcas non æstimentur, sub pœna nullitatis totius actus; extradi autem debent post diffinitiuam sententiam, in officio Castrensi proprij districtus. Const. 1588. Fol. 70.

Kmethones Nobilium omnes, à quibusuis

busuis exactionibus & oneribus liberi sint, duos grossos tamen de singulis laneis soluant, Sculteris, Molitoribus, Cauponibus, Hortulanis & seruis qui agros non colunt exceptis. H. L. 102.

Pro Kmethone profugo, in actorum positione Notarius cum Camerarijs iudicare debet. H. L. 170.

Kmethoni pro vulnere vna marca debetur. Domino autem (si eiusdem Domini vterque fuerit) alia marca, si duorum Dominorum fuerint marcam diuidant. H. L. 305.

Sed iam Kmethonum vulnera in duplo soluuntur. Const. 1581. Fol. 213.

Kmethonem vel plebeium rusticum occidens, 30. marcas soluat, quarum medietas Domino occisi, alia pueris cedat. Const. 1581. Fol. 213.

Taxa in deffectu extraditionis subditi iuxta Const: 1688. non debet in dubium vocari. Const. 1613 Fol. 22.

KOCZ POENA.

IVdex in vna causa, vnam pęnam Kocz

dictam petat. H L 50.

Appellationē prosequens 3. mar: Iudici ante oĩa numeret, quas illi Iudex (si retractata sententia fuerit) restituat, cum pœna trium marcarum H. L 241.

Pœnæ iudiciales dictæ *Kocz*, Succamerarijs: eorumq; Camerarijs, Capitaneis, eorumq; Vicecapitaneis, in causis ab eorum officijs deuolutis in Tribunali reddantur. Const. 1598. Fol. 13.

Pœnas dictas *Kocz* liberum erit iudicibus in Tribunali per personas quibus ad eas recipiendas authenticam plenipotentiam ex actis publicis dabunt; recipere. Const. 1613. Fol. 34.

LATRO.

LAtro Nobilis vbiq; capiatur. HL. 103.

LAICI.

LAici dietim & horatim, vel septimanatim seruientes, vel sine literis testimonialibus venientes, in Ciuitatibus non foueantur, siquidem inquilini seruitijs septimanalibus sufficient. H. L. 258.

LEGA.

LEGATIONES.

LEgationes Rex absque senatu non decernat. Const. 1576. Fol. 159.

Legationes quæ Rempublicam non tangunt, Rex cum Senatoribus Regni expedire potest. Ibidem.

Sub absentiam Regis in Regno, si Nuncius Turcicus, Moscouiticus, aut Tartaricus venerit, debet Capitaneus confinio proximus, statim de aduentu illius Archiepiscopo & Thesaurario significare, & alium famulum Nuncio addere, qui videat ne cum quopiam tractatus habeat, eumq; Warsouiam deducat. Archiepiscopus verò accepta de Nuncio eiusmodi notitia, Senatores vtriusq; gentis conuocet: qui congregati, habebunt facultatem literas aperiendi, Legationem audiendi, & Legatis ex mutuo consilio, Reipublicæque vsu respondendi. Sumptus in Nuncios, Cubicularios & Legatos suppeditari debent ex Thesauro tam Regni, quàm Lithuanico: non tamen ex Zuppis, neq;

ex Capitaneatu Brzeltensi. Legatus Moscouiticus similiter Wilnam deducatur, & per Senatores communicato vtriusq; gentis consilio audiatur, & remittatur. Const. 1593. Fol. 5.

LEGITIMATIO.

ILlegitima proles etiam subsequuto matrimonio non succedit, nec vnquam legitimatur. Const. 1578. Fol. 189.

LEPORVM VENATIO.

LEpores venari in fundo alieno nemini licet, à festo S. Adalberti ad deportationem omnium frugum, sub pœna trium marcarum. H. L. 148.

LESÆ MAIESTATIS CRIMEN.

CRimen lesæ Maiestatis, non nisi in persona Regia committitur, hoc est, machinatione, conspiratione, violento conatu, facto ipso in vitam Regiam. Const. 1588. Fol 22.

LIMITES.

LImites Regni Rex ſed ſumptu defendat ſalua quarta. Conſt. 1576. F. 159.

Diſlimitationem bonorum Regaliũ, Rex non differat, neq; deneget, modò id vi non exprimatur. H. L. 149.

Si quis in bonis alicuius iniuriam fecerit, quæ poſtea in diſlimitatione appareat Regalia non fuiſſe, ipſe damnũ reſarciat. Sigiſ: Petr. 1532.

Limitationis literas cum bonis Regalibus Nobiles impetrent. H. L. 27.

Limites inter bona Regalia factos Capitanei obſeruent, ſub pœna centum marcarum. Conſt. 1567. Fol. 75.

Venditor hęreditatis vocatis vicinis, limites emptori oſtendat. H. L. 287.

Duo Dignitarij, duo Officiales & Succamerarius, ad bonorum Regalium diſlimitationes dantur. H. L. 52.

Limites bonorum, non ſecundùm literas, vel ſigna in eis deſcripta, ſed ſecundùm teſtimonia ſenum fiant. H L. 151.

Id tamen de literis antiquatis, vel in

abuſum collapſis, vel re oculis non ſub-iecta emanatis, incertiſque intelligi debet; literis enim Commiſſorialibus, per Regem approbatis, vel Succamerarij ex libris Terreſtribus emanatis, credendum eſt. H. L. 51.

In actionibus finium regundorũ talis proceſſus obſeruetur. Primùm Actor ad Iudicium Terreſtre reum citet ſimpliciter, pro actoratu, abſq; vlla appoſitione taxæ. Si reus in primo termino non comparuerit in pœna contumaciæ condemnetur. Secundò non comparens in lucro condemnetur, vbi Actor lucratur Actoratum, & ad campũ cum parato actoratu remittitur. Tandem per Succamerarium per literas Innoteſcentiæ vocatur, ad attentandum Actorem iurare cum teſtibus ſuper ductione limitum. H. L. 266.

In termino Innoteſcentiæ, reus ad nullam de actoratu controuerſiam admittitur, ſed actor pro libitu ſuo officium ducit, & ſcopulos erigit, non obſtã

tibus

tibus quibusuis probationibus, & quantumuis euidentibus signis citati, ita tamen vt in vltimo aciali scopulo, actor cum sex testibus iuret, se nihil vicino ademisse. Idem fiet si neq; in campo reus comparuerit. Succamerarius verò post præstitum iuramentum decernat limites robur perpetuum habere debere. H. L. 267.

Cuius decreti, totiusq; processus seriem, Succamerarius, suo sigilllo ad terminos Terrestres remittat, qui ibidem actis inseratur. H. L. 168.

Si minorennes ad actionem limitum pertineant, nihilominus in causa proceedatur, reseruata illis pro sorte duntaxat cuiuslibet contradictione, postquam adoleuerint, si se grauatos existimauerint. H. L. 158.

Si cum ipso Succamerario actio limitum intercedat Viciniorem Sucamerarium, aut eius Camerarium vel Officialem Terrestrem sui districtus in suum locum substituere debet, qui actum gra-

nicialem sub pęna de Comissarijs sancita perficere tenetur, *Habes in Speculo sub dictione, Succamerarius.*

In limitibus terminus non transponatur. H. L. 268.

Limitum processus coram Commissarijs qualis. *vide supra in dictione Comissio.*

LITERÆ MORATORIÆ.

LIteræ monatoriæ Ciuibus & Iudæis contra Nobiles non dentur, inter Ciues verò ex iustis in iure rationibus concedantur. Const. 1588. Fol. 25.

LVSTRATIO.

LVstratio bonorum Regalium, quolibet quinquennio instituatur, vt sciatur, vtrum prouentus Regales, aucti aut diminuti sunt. Similiter & Quarta, vt inde vel augeatur vel minuatur. Const: 1562. *Lustratio bonorum Regalium qualiter fieri debeat. vide Const. 1601. fol 2.*

MALE OBTENTVS PROCESSVS.

IVreuictus in qualibet instantia, etiam

in ipso

in ipso bannitionis termino malè obtentum deducere tenetur, ad specialem actionem malè obtenti non prouocando. Const. 1588. Fol 59.

Marschalcatus, Vide *in Speculo sub dictione Marschalcus.*

Marschalci Tribunalistarum. *vide ibidem sub Titulo. Iudicia Tribunalis Regni.*

MEDICI.

MEdici ad Ecclesias maiores admittuntur. H. L. 84.

Medici thecas Aromaticas quotannis reuideant H. L. 12.

MENSVRA.

MEnsura & pondus Cracouiensis & Posnaniensis sint perpetuò æqualia Pondus & vlna Leopoliensis cum Lublinensi sibi respondeant. H. L. 182.

Mensuræ, Modij, libræ, vlnæ, vasa Cereuisiæ, Quartæ in Palatinatu Cracouiensi in omnibus oppidis tales sint, quales Cracouiæ Vas tamen integrum Cracouiense ollas sexaginta duas continere debet. Const. 1598. Fol. 36.

MENDI-

MENDIDICI.

MEndici ab officio Ciuili, vel Plebanis consignentur, absq; signis mendicãtes capiantur. Domini tamen possunt eos, quos emeritos habent, & laborare non valent, literis suis commendare. H. L. 155.

MERCIMONIA.

PEr villas vlnatim & talentis nemo mercetur, sub amisione mercium, exceptis pecoribus, pecudibus, & frumentis. H. L. 95.

Mercatura omnis generis mercimoniorum cuilibet sit libera. Const. 1565. Fol. 73.

MERCATORES.

MErcatores extranei non aliter in Regno mercentur, nisi sint possesionati, & ius Ciuile habeant. Const. 1562. F. 16.

Quod vt fiat, Capitaneus & Magistratus Ciuiles videant: possesionati verò aduenæ Mercatores iurati sint, onera ferãt, & bona in Regno parta non

efferant, sub pœna confiscationis. Const. 1565. Fol. 52.

Mercatores vijs solitis ad emporia eāt. Const. 1565. F. 59. & Const. 1611. F. 34.

In Nundinis & Ciuitatibus quæ emporia habent, de extraneis Mercatoribus, ius dicat Capitaneus. Ibid. F. 50.

Mercatores extranei, Ius Ciuile & possessionem non habentes, in Ciuitatibus verò mercimonia intercipientes, & ad arbitrium suum vendentes, infra duos Menses expellātur. Const. 1588. f. 68

Mercatori siue suo, siue externo, si quis merces vi receperit, Theloneum ué iniustum ab eo extorserit citari potest ad quodcunq; officium, tanquam in primo termino, coram quocunq; officio Capitaneali comparere, & pœnam de Theloneis, in statuto descriptam reponere, Theloneumq; exactum restituere; quod si merces interceptæ sunt, eas reddere tenebitur, cum pœna ducentarum marcarum, toties quoties citatus fuerit, nec recepta restituerit. Const. 1589. Fol. 25.

Alter-

Altercatores externi eorumq; succesſores, ſi bona in Regno acquiſita extra Regnum efferant, decimam partem relinquant in Ciuitatibus Cracouienſi, Poſnanienſi, Leopolienſi & Vilnenſi. Conſt. 1590. Fol. 42.

Mercatores, per vias conſuetas cum mercibus eant, alioquin per Capitaneos capiantur, & confiſcatione puniantur. H. L. 288.

Neq; Thelonea declinent, ſub mercium priuatione, quod Capitanei videant. H. L. Ibidem.

Mercatores externi liberè in Regnũ veniant. H. L. 289.

Mercatores debita in Regeſtris connotent, atq; à Nobilibus ante triennium repetant, alioquin reum iure commun conueniant. H. L. 156.

MILITES.

Milites ſtationes in bonis Nobilium per totum Regnum non habeant, ſed ex foro viuant. Subditi tamen Nobilium victualia militibus pro pecunia ven

dant,

dant, vel ad forum vehant, nulla libertatione sese tuendo. Const. 1588. F. 56.

Contra Rotmagistrum & militem si alicui damnum vel iniuriam intulerit quomodo procedendum habes in Const. 1591. fol. 13. & 1593. fol. 8. & in Const. 1601. fol. 16. & in Articulis 1609.

In bonis Nobilium & Spiritualium stationes à Ducibus exercituũ, militibus non dentur, sed tantùm in bonis Regijs: exceptis Oeconomijs R. Maiestatis quę à stationibus liberæ sint. Rotmagistri etiam, commilitones, & eorum famuli in domibus Nobilium Spiritualium & sæculariũ victualia non exigant. Const. 1601. Fol. 16.

Milites omnes Duci Exercituum sint subiecti & obedientes iuxta articulos eius publicatos. Const. 1591. Fol. 13.

Milites confœderationes inter se nõ faciant, nec bona Regia & Nobilium status sęcularis & spiritualis inuadant, sub pœna capitis, infamiæ & confiscationis bonorum. Const. 1609. Fol. 5.

Milites accepta pecunia si se ad expeditionem bellicam non præsentauerint, sed temerè se absentauerint; cōtra tales Dux Exercituū procedat promulgatione infamiæ. Huius etiam Iudicio & executioni subiaceant voluntarij milites, qui accepta pecunia ad seruitium Regiæ Maiestatis & Reipub non adfuerint. Const. 1607. Fol. 7.

Quarta pars in milites Quartenses conuertatur & non alibi, quę iuxta tempus in Constit: præfixum ad Notarium campestrem reddatur, sub pœna peculatus in prioribus Constitutionibus apposita. Const. 1613. Fol. 3.

Articuli bellici in Comitijs 1609 sanciti approbantur. Const. 1609. Fol. 3.

Militibus Quartensibus tam intra quā extra Regnum, stipendium Vsaro aliàs Vsarzowi 15. Floreni. Kosako 12. Rotmagistro 100 pro quolibet quartuali anni sit. Rotmagistri autem possessionati eligantur, qui caueant, vt nemo violenter quidquam recipiat, sub pœna ban-

nitio-

nitionis perpetuæ, & duplici refusione damnorum, sed tanquam priuatus Nobilis in stationibus & in itinere ex stipendio viuat. Hi autem milites in campis in confinio vbi necessitas cogerit iuxta sententiam Ducis exercituum stationes habeant. Const. 1613 Fol. 3.

Militibus qui fideliter & instāter per sexennium in expeditionibus Reipub. perseuerauerint, prouisiones cum sese occasio obtulerit, ad commendationem Ducis Exercituum Rex dabit. Const. 1607. Fol. 37.

De his etiam militibus habes supra sub dictione. Bellum. & in Speculo meo sub Titulo. Exercituum Regni Generalis.

MINVTA.

Simplici rescripto nihil probatur in Iudicio nisi fuerit obsignatum, vel nisi ipsa Acta adferantur. H. L. 281.

MINERÆ.

Mineræ tam ferrariæ quàm vitrariæ vbi aduitalitas non intercessit sunt exemptibiles. Const. 1563. fol 33.

Nobilitas liberè mineras quærat & fodiat. Const. 1576. Fol. 148.

MINISTERIALIS.

Ministerialis propter mortē suam, cū vno Nobili, in persona actoris misso citationē ponere debet, vel in curia citati, vel apud Wladarium aut Kmethonem aut hortulanum, positionem tamen publicet, vel villanis notificet. H. L. 158.

Ministerialis irrequisito Iudice neminem citet sub pœna priuationis & adustionis. H. L. 157.

Ministerialem ad citandum, vt Rex ita & Palatinus, & Capitaneus, & Iudex, & subiudex, & Officialis dare potest. H. L. 39.

Ministeriali cum quid protestatur, duo Nobiles adsint, quando verò citationem ponit, vnus Nobilis sufficit. H. L. 158.

Ministerialium relationes suscipiuntur, sub pœna centum marcarū. Const. 1576. Fol. 162.

Ministerialem dum officio suo fun

gitur,

gitur, si quis occiderit, vulnerauerit vel percusserit, pœna violationis Iudiciorũ puniatur. Ministeriales verò responderant coram Palatino illius loci vbi excesserint. Const. 1578. Fol. 190.

MINORENNES.

MInorennes vbi annos attigerint, pro iniurijs agant, præscriptione non obstante, quæ tamen ab annis discretionis incipiat. H. L. 159.

Minorennibus citatis annos Iudex computet, qui tamen in tribus casibus respondeant. Primùm in causa exemptionis bonorum patri obligatorum. Secundò si quis pro patre illorum fideiussit, & viuente illo hoc nomine in Iudicium tractus est. Tertio si pater viuens pro aliqua hæreditate impetitus fuit. H. L. 285.

Minorennes masculi ante quindecimum; fæminæ ante duodecimum annum in Iudicio ne respondeãt, sed cum matre tutori à patre dato subsint, quem neq; consãguinei à tutela remouere poterint. H. L. 159.

Minorennes quamuis bona sua post annum quintumdecimum à tutoribus vendicare possunt, alienare tamen ea absq; amicorum consensu, ante vigesimum 4tum annũ non possunt. HL. 258.

Minorennes qui iuris alicuius praetextu, bona iureuicti possident, in causa complicitatis & potioritatis iuris prouocare ad annos discretionis non possunt. Quod si processus obtentus est contra ipsos minoreñes, cũ specificatione tutoris, non autem ex actione parenti viuo instituta, eo casu non minoreñibus, sed ipsi tutori, ignorantiae processus probatio incumbit. Quod nisi fecerit debet causa super minorennibus eorumq; bonis obtineri, & exequutioni tradi, saluo beneficio per ignorantiam euadendi, & pro malè obtento agendi, minoreñibus reseruato cùm adoleuerint. Si verò tutor pupillorum nomine, successioni renunciet, & suspensione ad annos impetrata, nihilominus per se vel per submissas personas intromissionem in bona

npediat; eo casu is qui impedit, com-
licitatis nomine, potest in Iudicium
Castrense vocari. Si pater debitum con-
raxit, & super bonis assecurauit, quod
el ex præsenti pecunia, vel ex prouen-
ibus exolui non possit, vadia autem
ondum lucrata sint, potest tutor ante
item bona minorennium in summa in-
cripta dimittere. Idem faciet si in quo-
unq; iuris gradu, lis patri inchoata ste-
isset. Quod sanè intelligendum est de
s bonis, quæ in minorennium vel tu-
orum possessione sint. Const. 1588. f. 36

Minorennes si ad actionem limitum
ertineant, nihilominus in causa pro-
edatur, reseruata illis pro sorte dunta-
at cuiuslibet contradictione, postquã
doleuerint, si se grauatos existimaue-
int. H. L. Fol. 158.

MODIVS.

Modius in quolibet Palatinatu; in
erris verò Russiæ & Masouiæ, in quo-
ibet districtu, vnus sit & æqualis. Const.
565. Fol. 50.

MOLENDINA.

Molendina sine consensu Dominorum non vendantur sub amissione summæ Domino vel Regi applicandæ. H. L. 249.

Ad Molendina etiam extra Regnum pauperes eant. H. L. 96.

Molendina omnia in exemptione. Const. 1563. Fol. 22.

Molendinatorem ad plures Domi nos pertinentem, si vnus pro sua iniuria iudicat, alter contradicere non potest. H. L. 160.

MONOPOLIA.

Monopolia nemo exerceat sub pœna peculatus, & literis hoc nomine impetratis nulla præstetur obedientia. Const. 1576. Fol. 161.

MONETA.

Moneta per totum Regnum vna sit, & bona. H. L. 161.

Monetam Rex sine omnium consensu nō cudat, & cudētes puniat. HL. Ibi

Palatini cum Capitaneis & Moneta

rijs, videãt ne moneta efferatur. HL. 162

Moneta tam in Regno quàm in Ducatu Lithuaniæ cudatur, alia proſcribatur, alia taxetur, ita vt id fiat ex re Reipub. Conſt. 1578. Fol. 19?.

Moneta Sileſica, Brandeburgica, Saxonica & alia quæuis non æquiualens, in Regnum non inferatur. Quod animaduertere debent Ciuitates Gedanēſis, Elbingenſis, & aliæ quæ portus habent, ſub amiſsione monetæ & pœna arbitraria. Moneta Lithuanica approbatur. Conſt. 1588. Fol. 43.

Moneta Regni cudatur iuxta ordinationem Diui Stephani Regis, valore in Monetaria Ilkuſienſi antiquitùs vſitato, donec alia ordinatio in Comitijs ſubſequatur. Conſt. 1598. Fol. 7.

De falſa moneta accuſatus & confeſſione duorum Nobilium eiuſdē criminis reorum, & plenorum conuictus, capite mulctetur; ſi verò ignobiles fuerint, vel Nobiles quidem ſed confeſsionem morte non confirmauerint, euadet

accu-

accusatus cum decẽ octo testibus quos Rex eliget ex quinquaginta quatuor per Regem præsentandis. Respondere debet hoc nomine coram Rege. H. L. 163.

Declaratio huius Statuti.

Non solùm Nobilis sed & plebeiæ conditionis homo delator esse potest, ex cuius delatione Thesaurarij vtriusq; gentis, quibus cura cudendæ monetæ commissa est, causam prosequi tenentur, in qua inquisitiones & scrutinia coram officio Castrensi illius districtus aut in viciniori Capitaneatu in quo reus residet præcedant. Probatio verò & euasio cui adiudicata fuerit, cum testibus decerni debet iuxta Statutum superius. Instigator verò causam sub pœna bannitionis prosequatur peremptoriè ordinaria via iuris ad instantiam cuiusuis repetenda. Const. 1607. Fol. 14.

Ii qui falsam monetam cudunt respondeãt in Tribunali inter causas conseruatas aut officij cum præfixione termini peremptorij à positione citationis

ſalua inquiſitione, quam Capitaneus aut eius officium in cuius iuriſditione bona inculpati conſiſtunt expedire debet. Poſt cuius expeditionem conſeruari debet terminus in vna ſeptimana ad Tribunal aut ad S. M. R. Et tales puniri debent pœna infamiæ & confiſcatione bonorum quorum medietas fiſco, medietas dilatori cedat. Conſt. 1611. f. 12.

NOBILITAS.

Nobilitas ſub Interregno fines Regni defendat. H. L. 85.

Ex Nobilibus tantùm, ſint Senatores. H. L. 78.

Nobilitas ſex teſtibus probatur, quorum duo ex eadem ſtirpe, duo ex ſecunda, duo ex tertia genealogia eſſe debent. H. L. 167.

Nobilis Nobilem aſſerens eſſe filium meretricis, ſi non reuocat ſtatim, aut negat, probatué; ſexaginta marcis puniatur: ſic etiam ſi matrem ipſius meretricem nominauerit, & reuocando debet dicere. Id quod loquutus ſum,

mentitus sum sicut canis. H. L. 167.

Nobilis nullus capi debet, nisi fuerit iure victus, fur tamen, latro, incendarius, homicida, raptor villarum, populator, vbiq; detinetur, & qui cautionem dare non vult H. L. Ibidem. & 103.

Nobilis dignitatum Ecclesiasticarum capax est, qui vtroq; parente ex Familia Nobili nascitur, & iuxta morem patriæ inter Nobiles viuit: nec minus Nobilis est, qui patre Nobili, quamuis matre plebeia natus est, modò viuat instar Nobilium, & artibus mæchanicis abstineat. H. L. 167. *Vide etiam supra in dictione. Ecclesia.*

Ciuis Nobilitate ornatus, non aliàs iure Nobilitatis gaudeat, quàm vt abstineat à negotijs, quæ statum militarem non decent. H. L. 46.

Nobilis obligari sponsione fidei non potest, nisi aut sit iure victus, aut militet, aut seruiat, negotiaué gerat, vel subditus sit, aut si Reipub. causa sit accusandus. H. L. 260.

Nobi-

Nobiles poſſunt habere domos in Ciuitate, modò iuriſdictionem agnoſcant, & onera ferant. H. L. 168.

Ciuis victum inſtar aliorum ciuium quæritans, Nobilitatis literis ſeſe tutari non poteſt. H. L. 46.

Extranei qui Nobilitatis titulo, ſibi non ſuo ordine acquiſito bona Terreſtria acquirendo munia Nobilium non obeunt, imò per vlnas mercantur, & varia mercimonia per factores ſuos diuendunt, tales in Tribunali ad cuiuſuis inſtantiam inter cauſas officij citati, & iuſtis rationibus conuicti bonorum ſuorum ad fiſcum Regium medietatem, ad Delatorem iure victorem alteram medietatem, amittant: & ad ſeſsionem turris decernantur. ſaluis iuribus Priuilegiorum ciuitatū Regni quibus bona terreſtria poſsidere licet. Conſt. 1609. f. 10.

NOBILITATIO.

Nobilitatio non niſi in Conuentu fiat cum ſcitu Senatorum, vel in bello. Conſt. 1578. Fol. 189.

Si quis se Nobilem afferat, nec sit, bona sua omnia amittat, quorum dimidia pars ad prouentus quartæ partis, dimidia ad Delatorem pertineat. Huic verò actioni forum in Tribunali, inter causas officij. Impossessionatus verò conuictus in turri sedeat, per dimidium annum, saluo iure eorum qui legittimè creati sunt. Is verò qui hoc nomine aliquem criminatus fuerit, pęnis statutorum subiaceat, de quibus ibidem cognitio fiat, vbi causa instituta est. Const. 1588. Fol. 18.

Reges Poloniæ non nisi eos qui eis per Senatores & Nuncios commendabuntur Nobilitationem dent. Vt autem id palam fieret, eiusmodi Nobilitatio in Constitutionibus declaretur sub nullitate priuilegij. Nulli etiam subdito alicuius Nobilis Nobilitationem det, sine scitu & voluntate Domini sub vitio nullitatis. Is autem cui ignobilitas obijceretur, tenetur illam citationem in conuentu Electionis deputati sui Palatina-

tus inferre; & coram Nobilibus illius Palatinatus ibidem in Conuentu pro bata Nobilitate ad causam ad Tribunal, aut ad Iudicia Terrestria, testimonium obtinere. Const. 1601. Fol. 16.

Notarius Terrestris, *vide in Speculo sub titulo. Notarius Terrestris.*

Notarius Castrensis. *vide ibidem sub titulo Vicecapitanei & Notarij Castrenses.*

NVNDINÆ.

IN nundinis vt omnia per talenta & vlnas liberè vendantur, Palatini videant, non obstantibus priuilegijs Posnaniensis Ciuitatis. H. L. 172.

Nundinæ iuxta Constitutiones obseruentur. Const. 1566. Fol. 70.

In nundinis extraneos Capitaneus iudicet. Const 1565. Fol. 50.

NVNCII.

AD Comitia Regni non plures Nuncij eligantur, quàm vt olim eligi consueuerũt, & tales, quibus lites iudiciariç in Conuentu non intercedant. HL. 171.

Nuncij terrestres, in Conuentu Ele

ctionis Deputatorum, Nobilitati referant, quid in Comitijs actum est. Const. 1589. Fol. 19.

Nuncij in Comitijs vrgeant vt vacãtiæ distribuantur. Const. 1588. Fol. 40.

Quicunq; habuerit litem Iudiciariam in Comitia non simulatam neq; breui tempore ante Comitia intentatam, & cum contradictione fuerit in Conuentu electus; is secundùm iura antiqua inter Nuncios locum non habeat. Const. 1601. Fol. 47.

OECONOMIÆ.

OEconomiæ instituuntur ex Zuppis Cracouiensibus, Ilkusiensibus, Teloneis Regni, Zuppis & Teloneis Russiæ, Capitaneatibus Sandomiriensi, Samboriensi & Mariebergensi, bonis magnæ procurationis Rogosnensi, Dersauiensi, Portorijs Gedanensi, Elbingensi, Rigensi, Monetaria, pecunijs Poduodarum, Teloneo Plocensi (saluis iuribus arcium Masouiæ) ita vt ab ijs nihil vnquam alienetur, neq; pensionibus, ad-

uitalitatibus, leuibusq; arendis oneren-
tur. Quod si quis eo nomine literas Re-
gias impetrauerit, pœnas de non obli-
ganda terra Sandomiriensi sancitas in
curret. Const. 1590. Fol. 24.

Oeconomiæ nunquam postea obli-
gentur, neq; confœderationibus, inua-
sionibusq; quarumcunque personarum
vexentur, sub pœna peculatus. Const.
1593. Fol. 13.

OPPIDA NOVA.

Oppida omnia nouiter fundata ab o-
mnibus exactionibus ad annos octo li-
bera sunto. Const. 1598. Fol. 31.

PACTA.

Pacta & fœdera Rex cum externis re-
nouet, neq; de ijs tum & de legationi-
bus audiendis & expediẽdis, absq; sena-
toribus in curia præsentibus quicquam
statuat. Const. 1588. Fol. 24.

Pallatini *vide in Speculo meo Senatorum
ac Officialium Regni Poloniæ Aulæq; Regiæ,
sub dictione. Pallatini.*

PANNI.

PAnnos strictiores vel breuiores, quã esse debent nemo vendat, sub amissione eorum. H. L. 177.

Longi autem esse debent vlnis triginta, lati duabus. Const. 1565. Fol. 51.

Panni externi per Palatinos non censeantur, sed ea censura ad domesticos tantùm pannos referatur, quæ tamen vna cum impositione precij mercium fieri debet, prima die nundinarum; ita vt altera die liberè omnia vendantur. Const. 1588. Fol. 69.

PASTOR.

PAstor asserens se ouem cum alio pecore in villam reduxisse iuramento probet. H. L. 177.

PATER.

PVeri matre orbati, bona materna à patre ne repetant, antequam ad secunda vota transeat, nisi substantiam dilapidet. H. L. 124.

Sed etiam si nubat, nisi sit prodigus, bonis maternis donec vixerit vtatur, eo

duntaxat pueris assignato, quod dotis nomine ad eum cum matre illorũ peruenit. H. L. Ibidem.

Diuisio per patrem inter liberos duplicis coniugij facta rata sit. H. L. 83.

Pater pro excessu filij non punitur, & è conuerso, nisi sit particeps criminis. H. L. 177.

PECORA.

PEcora etiam in villis venundentur. H. L. 95.

Pecora abacta ad fideiusionem dentur, si verò detentor noluerit, monitus per Ministerialem & duos Nobiles, citetur ad Iudicium Castrense, & soluta pęna trium marcarum det ad fideiusioné, pro qua pœna Capitaneus iudicet, damna verò in Iudicio Terrestri cognoscantur. H. L. 179.

Si quis ex transeuntibus, vel pecora agentibus damnum dederit, illud Ministerialis cum Nobilibus, vel ad minus duo villani conspiciant, & æstiment, & damnum passus, illud iuxta eorum æsti-

mationem exigat; vocatus verò propterea in iudiciũ,iuramẽto euadat,modò teſtimoniũ eius rei habeat. HL. 275.

Pecus propter damnum abactum, intra triduum ad foreſtam Regiam præſentetur, & ſi præſens fuerit Dominus pecoris, ad fideiuſſoriam eidem detur, alioquin abactor illud eſfideiubeat, & iterum in duabus ſeptimanis illud præſentet, ſic & tertio; Si verò interea Dominus pecoris venerit, & pecus fideiuſſerit, recipiat illud: pro damnis verò ad Iudicium Terreſtre remittantur. Sed ſi neq; tertio Dominus pecoris veniat, inter abactorem & menſam Regiam diuidatur,ſumptus verò in eam rem factos, abactor ex ſua portione repetat. HL.Ib

Pecus in damno abactum, ſi quis ad tertiam diem ad foreſtam Regiam non dederit, & areſtatũ apud eum fuerit, citatus ad Caſtrum, illud reſtituat, cum pœna trium marcarum: Iudex tamen Caſtrenſis pro damnis non iudicet, ſed ad Iudicium Terreſtre remittat. HL.178.

Pro pe-

Pro pecore abacto, & per triduum ad forestam non dato, coram officio non Iudicio Castrensi agendum. A fideiussione verò pecoris, non amplius quàm grossi duodecem, ab omni pecore exigantur: pro damnis verò, vt iuris est Terrestri Iudicio agendum est. Const. 1588. Fol. 39.

Pecora abacta per noctem seruata in crastinum ad forestam Regiam vel ad Curiam Castellani aut Iudicis depellãtur. H. L. 178.

Vbi curiæ Regales sunt remotæ, possunt pecora ad Curiam Castellani aut Palatini, ibidem commorantis pelli. H. L. 180.

Damnum per pecora maiora datum si ea abacta fuerint, relarciatur quarta denariorum è quolibet pecore. HL 178

Quartam denariorum vnum grossum intelligi debere.

Pecora à ferijs Diui Alberti, ad ferias Diui Martini sub custodia pascantur, aliàs conuictus pœnam luat vnius mar

cæ; sed

cæ; sed pecora abacta ad domum propriam non pellantur. H. L. 179.

Passus damna per furtum vel spolium, in pecoribus vel rebus minutis, infra annum; pro iumentis verò & equis vi vel furto ablatis, intra bienninm agat, alioquin post biennium, sine testibus agere non poterit. H. L. 188.

Tenutarij bonorum Regalium, si pecus abegerint, neque illud ad fideiussoriam cautionem dederint, eidem iuri, eisdemq; pœnis sicut alij Nobiles subiaceant. H. L. 179.

PEDITES.

PEdites ex Ciuitatibus, oppidis, & villis Regijs iuxta numerum laneorum colligantur. Const. 1578. Fol. 193.

PENSIONES.

PEnsiones annuæ per Sigis: III. Regē concessæ non à Tenutarijs bonorum Regalium: sed ex thesauro petantur, alioquin Tenutarius pecuniam suo damno numerabit. Rex verò pro libitu suo & cuiusque meritis eas ex Thesauro

diſtribuet. Conſt. 1590. Fol. 24.

PHILISTÆI.

PHiliſtæos ſi quis excipiat, puniatur tanquam complex banniti. Conſt. 1578. Fol. 190.

PIXIDES.

PIxides inſtructas in Ciuitatibus nemo deferat, ſub pœna 14. marcarum & amiſsionis pixidis, quam niſi dederit duplici pœna puniatur, pro qua Capitaneus agere debet. Impoſſeſsionati verò in turri tam diu detineantur, donec pro pœna ſatisfecerint. H. L. 182.

Pixidibus nemo vtatur ſub Iudicijs Nobilium, neq; in Conuentibus, neq; in actibus Iudiciarijs, neq; in Conuiuijs, foris, nundinis, ſub pæna 14. marcarum, pro qua poterit quilibet citare ſeu ad Caſtrenſe ſeu ad Terreſtre Iudicium. Itidem & Capitaneus iuxta Conſtitutionem anni 1557. peremptoriè citra appellationem: ſaluo ſtatuto anni 1507 de armis ſeditionem præſeferentibus: pœna autem prædicta debetur Actori. Im-

poſſeſ-

possessionatus in illo districtu remittatur pro exequutione ad illud officium vbi est possessionatus. Const. 1581. Fol. 213. *De his etiam pixidibus vide Const. 1598. Fol. 34. & Const. 1601. Fol. 52. 1607. Fol. 24. & Const. 1611. Fol. 9.*

PODVODÆ.

ONera Poduodarum ferant omnes Ciuitates & Oppida Regia, nullis exceptis, nec nō villæ ad hoc onus obligatę.

Pecuniamq́; Poduodarum conferant.

Superintendens ab eis liber.

Tres partes contributionis simplicis Szos dictæ, pro Poduodis annis singulis inferantur, vbi verò Szos non datur, soluatur ex laneo per grossos sex, tum pro ducillo à quolibet vase quo crematur vinum per grossos quatuor, propinatores verò vini cremati & Cereuisiæ singulis annis grossos sex.

Conferri pecunia debet pro festo S. Martini, quam Capitanei ad Thesaurum remittant, pro festo S. Nicolai post Curiam. Quod si extra ordinem plures

equi

equi Rege transeunte necessarij fuerint, in tempore significabitur vt equi conductitij subministrentur.

Aduocatus itidem equos duos habeat, is à Poduodis quidem liber, sed equos conducto subministret.

Vijs consuetis eatur.

Apud Aduocatum vel Proconsulem petantur Poduodæ citra insolentiam.

Literæ producantur.

Cubicularijs per grossos tres pro miliaribus ex Thesauro detur.

Officium Ciuile, super literis, diem acceptæ Poduodæ annotet.

Loca solita non transeant.

Apud itinerantes equi non recipiantur, sub pœna dupli & priuationis seruitij. Const. 1564. Fol. 41.

Ciuitates & Oppida æqualiter onera Poduodarum ferant. Pecuniam Poduodarum omnes conferant sub pœna similis summæ quam debet. Non soluentes Capitaneis deferantur. Capitanei verò exequutionem faciant, sub pœnis

Statutorum, non obstantibus literis, decretis & Priuilegijs. Exceptis locis igne, vel incursione hostili desolatis. Const. 1578. Fol. 182.

A Poduoda ab vno milliari & vno equo duo grossi soluantur, à curru medius grossus. Const. 1601.

PONDVS.

Pondus Crac: cum Posnanien: Leopolien: & Lublinēsi conueniat. HL.182.

Pondus Plocense adæquatur Posnaniensi. Ibidem.

Pondus per totum Regnum tale sit, vt 32. vnciæ libram, triginta duæ libræ lapidem, quinq; lapides centenarium constituant. Const. 1565. Fol. 50.

PONS.

Pontem declinare atq; vado transire, cuilibet liceat, nec propterea molestari, aut Thelonei exactione vexari debet. H. L. 274.

PORCI.

Porcos in sua sylua reperiens, prima vice vnum, secunda duos mactare po-

teſt, ſigno in loco damni facto: tertia verò vice omnes poteſt recipere, & ad Curiam Regalem pellere, cum Rege ea diuiſurus. Si verò pars neget in illo loco damnum fuiſſe factum, pignorans oſtendet ſignum, & probabit iuramento porcos illic repertos fuiſſe. H. L. 183

Porcos ad glandes nemo pellat per bona vicini, ſed per viam quæ ducit ad ſyluam. Dominus verò per cuius ſyluã pellendi ſunt porci triginta vlnis ab vtraque parte ſyluæ, glandem amoueat H. L. 243.

PORTÆ.

Portarum Ciuilium violatores Statuto Torunen: ſubſint Conſt. 1588. F. 68.

POSITIO *Actorum*.

In defectu terminorũ, eodem die & loco Notarius cum actis preſto ſit & inſcriptiones ſuſcipiat atq; extradat. H L. 170.

In eadem Actorum poſitione, Notarius cum Camerarijs iudicare debet, pro Kmethone profugo, & pro exemptione bonorum obligatorum, ita vt pe-

cuniam ad se recipiat, & possessionem redimenti adiudicet. H. L. 169.

Notarij circa Actorum positionem præsentes sint, sub pœna Statuti, alioquin Palatinus cum Nobilitate alium eligat. H. L. 168.

Positio Actorum Terrestrium etiam sub Conuentu generali celebretur. Const. 1590. Fol. 28.

POSSESSIO.

POssessio in molendinum & tabernã non detur, nisi alia bona desint. HL 160.

PAEDO.

PRædo vbiq; detinetur. H. L. 103.

Prædoni hospitia præbentes infames sint, vna cum illis qui prædam cum eis partiuntur. H. L. 209.

Infamatus pro præda, non secus euadat, ac si Nobilitatem esset probaturus. H. L. 104.

PRÆSBITERICIDII POENA.

PRropter Præsbiterum captum, vulneratum, vel occisum, Ecclesia interdi-

cto subijciatur, donec malefactor Episcopo præsentetur: vel incolæ iurent, se illum compræhendere non potuisse, tunc verò interdicto sublato, malefactor proscribatur, & excommunicetur. H. L. 252.

PRÆSCRIPTIO.

KMethoni fugitiuo nihil iuris accedit, quamdiu Domino de loco mansionis ipsius non constiterit; post acceptã verò notitiam, Dominus agat intra annum, alioquin præscribet H. L. 142.

Possessor hæreditatis tribus annis totidemq; mensibus pacis tempore præscribit, nisi probetur facultatem conueniendi non fuisse. H. L. 189.

Obligatorum bonorum præsc iptio triginta annorum est. Rumpiturq; protestatione singulis annis repetita: quæ si per annos quindecem intermittatur præscriptio terminatur. H L. Ibidem.

Liceat tamen contractus, singulo quinquennio vel decennio renouare. H. L 173.

Bona dotis nomine obligata, vel e decreto Iudicij in possessionem data itidem & ea quæ in vim reemptionis inscripta sunt, pro hæreditate ne vsurpentur, præscriptione etiam longissimi temporis interueniente; sed semper redemptioni obnoxia sunto. Const. 1588. F. 30

Mulier maritata si intra decennium hæreditatē non petit perdit eā. HL. 187

Vidua sexennio præscribit. Præscriptiones autem tempore pacis duntaxat currunt, tempore tumultus non valent, neq; contra captiuos. H. L. 187.

Præscriptio sub Interregno non currit. Const. 1575. Fol. 162. & 1576 F. 120.

Hæc Constitutio ita declaratur, vt perpetuò sub omnibus Interregnis seruetur. Const. 1588. Fol. 57.

Præscriptio verbalis fideiussionis, Actis non inscripta anno terminatur. H. L. 94.

Inscriptiones Castrenses intra annū in Acta Terrestria non relatæ, præscriptione euanescunt. H. L. 116.

Præscri-

Prçſcriptio recentis criminis anno & ſex ſeptimanis terminatur. H. L. 188.

Actor intra annum poſt condemnationem in pœna contumaciæ, vel poſt lapſum terminum non adcitans, cauſa cadit, præſertim non ſilentibus iuribus. H. L. 4.

Monialibus viginti annorum præſcriptio currit à tempore profeſsionis. H. L. 161.

Debita mercatorum triennio præſcribunt. H. L. 156.

Bona quæ ex perlucris in poſſeſsionem accepta ſunt, pro hæreditarijs vſurpari non poſſunt, ſed ſemper redemptioni obnoxia ſunto. Conſt. 1588. f. 30.

Venditor hæreditatis, tueatur emptorem, tribus annis & tribus menſibus intra quod tempus, niſi vicini quæſtionem limitum moueant, deinceps eam mouere non poterint, præſertim ſi per Miniſterialem ad limites conſpiciendas vocati fuerint. H. L. 287.

Exequutio rei iudicatæ, per trienni-

um & tres menses non continuata euanescit. H. L. 667.

Priuilegio si quis non vtitur per triennium, illud amittit. H. L. 553.

Mulier oppressa, infra triduum de oppressione conqueratur, & clamorem excitet, alioquin ille euadet, & ipsa pęnas calumniæ dabit. H. L. 292.

Emptor hæreditatis triennio & trimestri contra propinquos & Creditores præscribit. H. L. 188.

Diuisio bonorum per amicos inter fratres facta, trium annorum & trium mensium silentio roboratur. H. L. 80.

Seps in alieno fundo posita, neq; biennio impugnata, præscribit. H.L. 241.

Pupilli sicut non respondent, ita neque præscribunt. H. L. 159.

Virgo orphana post desponsationem sui, tribus annis & tribus mensibus, nihil contra tutorem suum agens, per prę-scriptionem causa cadit. H. L. 291.

Frumentum mutuatum quadrennio præscribit. H. L. 101.

Contractus venditionis etiam precio integrè non numerato, trium annorum, totidemq; mensium silentio firmatur. H.L 187.

Viri tantùm triennio præscribunt. H. L. 188.

Præscriptio agendi pro capite triennio terminatur. H. L 187.

Actio furti præscribit vno anno, si vterq; id est accusans & accusatus fuerit de vna Parochia, sin secus intra triennium. H. L. 104.

Præscriptio expulsionis pupillis non nocet. H. L. 222.

Passus damna per furtum vel spolium, in pecoribus vel rebus minutis, intra annum; pro iumentis verò & equis vi vel furto ablatis intra trieñium agat alioquin post biennium sine testibus agere non poterit. H. L. 188.

Bona nullo iure per Regem recepta semper repetere licet præscriptione non obstante. Const. 1581. Fol. 214.

PRATVM.

PRati demessor, si dicat se illud apud Wladarium defunctum emisse, ad probationem admittatur. H. L. 186.

PRIVILEGIA.

PRiuilegia publica & priuata, in alium sensum quàm in se sonant, non trahantur. H. L. 151.

Nobiles literas super bona sua proferre non tenentur nisi omnino appareat esse Regalia. H.L. Ibidem.

Priuilegium amissum oblatum & approbatum si quis perdidit, Cancellaria det aliud simile. H. L. 31.

Contra suum Priuilegium nemo citetur, alioquin sexagenam quam ille à productione priuilegij Iudici dederit illi restituat, aut iuret, se nesciuisse quod fuerit priuilegiatus. H. L. 199.

Priuilegia posteriora in pręiudicium priorum data nullius sint valoris. Const. 1613. Fol. 9.

PROBATIO.

QVi non probat id quod se fuisse pro-

baturum obtulit causa cadit. H. L. 37.

Actore sese ad comprobandum trahente, reo verò simpliciter negante, propior est Actor ad probandum. Sed si reus sese quoq; ad euasionem trahit, euadat; exceptis causis, in quibus ex præscripto iuris, actori cedit probatio. H. L. 5.

Probari nihil potest simplici minuta, tantùm obsignata. H. L. 281.

PROCVRATOR.

IGnaris & egentibus Procurator detur. H. L. 207.

Qui vult procuratore vtatur. Idē ibi:

Procurator siue sit possessionatus siue non, modò habeat mandatum, potest in Iudicijs comparere, omniaq; agere quæ ad principalem pertinent, citare, appellare, modò inscriptiones non faciat, neq; quietet, neq; pecuniam tollat, absq; principali. H. L. 209.

Insufficiens mandatarius, punitur in Iudicio Terrestri trium marcarum, in Castrensi sex scutorum pœna. H. L. 208.

Sine certo actore nemo agat neque procuret, sub pœna trium marcarum. H. L. 4.

Camerarij causas ne procurent nisi proprias. H. L. 208.

Neq; Notarij, neq; Vicenotarij, apud suum Iudicium in quo officio funguntur. H. L. 120.

Neq; Spirituales, nisi causas proprias. H. L. 208.

Causam suam agat qui vult, quem à captionibus defendat Iudex. H. L. 207

Mulieres in hospitio Procuratorem constituere possunt, præsente Nuncio Iudicis, & aduersario. H. L. Ibidem.

Procuratorium mandatū tribus grossis venit. H. L. Ibidem.

Procuratores, in citationibus verba criminalia non ponant, sub pœna sessionis turris, vnius septimanæ. H. L. 38.

Procurator & quiuis alius, falsam inscriptionem procurans, punitur pœna inuasionis domus conuictus. H. L. 93.

Procuratores sint iurati, quod iniu-

stas cau-

ſtas cauſas non ſunt ſuſcepturi, æſtimationes in citationibus moderatè ponat, imò immoderata taxa puniatur pœna inordinata citationis. Rebellis procurator ad Regem remittatur, inobedienti officio interdicatur, exceptis ijs qui iure amicitiæ ducti, cauſas agunt. H. L. 208. *Lex annalis.*

Procurator ex Regeſtro ad cauſas vocatus, præſto ſit, cauſas non protrahat, ſi verò principalem condemnari patiatur, ibidem atq; ſeruus Domino reſpondeat, etiamſi ſit poſſeſsionatus. H. L. Ib:

Procuratores intra triduum controuerſias ſuas reddant, alioquin Iudex eas accipere non tenebitur. Cõſt. 1569. f. 110.

PVPILLVS.

PVpillorum bona tutor limitare non poteſt. H. L. 285.

Plura de pupillis vide in verbo. Minorennes.

QVARTA PARS.

QVartam partem omnium prouentuum menſæ ſuæ Rex in defenſam finium Regni concedit, ita vt ex ſingulorum

bonorum prouentibus, primùm certa pars, pro sustentatione Tenutarij assignetur, reliquum in quatuor partes diuidetur, quarum tribus Rex pro ordinarijs sumptibus nec non restauratione atq; munitione Castrorum contentus sit, quarta in milites cedat. Const. 1562. f.12.

De quarta parte saluo per omnia iure & officio Thesaurarij ita finaliter cõclusum est. Primùm vt omnes prouentus bonorum, ex quibus Quarta concessa est, ad manus Thesaurarij reddantur, qui eos ex arbitrio Regis dispensabit.

Commissarij siue Conductores quatuor, duo ex Senatu, duo ex Ordine Equestri, Thesaurario addentur, non vt sint socij muneris, cum æquali potestate; sed vt duntaxat illum in exigenda, percipienda, & dispensanda Quarta parte adiuuent, idq; propter mortem eius, saluo eius honore & officio.

Quartam quilibet Tenutarius reddat sub amisione Tenutæ.

Theloneatores, Zuparij, (qui possessiona-

ſionati & Chriſtiani eſſe debent) ex pro-uentibus ibidem Quartam reddant ſub priuatione muneris: & nihilominus ex bonis hæreditarijs Quarta exſoluatur.

Idem & de Metallis cenſendum eſt.

Defuncto Tenutario, Theſaurarius ex mandato Regio poſſeſsionem apprehendat, donec bona illa vacantia alicui conferantur, ne Quartæ quid decedat, alioquin de ſuo Theſaurarius refundet, ſub officij priuatione.

Annatas ibidem quilibet deferat ſub pœna dupli.

Locus exactionis Quartæ, Caſtrum Rauenſe, tempus, Penthecoſtes.

Quietationes dentur ſub ſigillo Theſaurarij cum ſubſcriptione Deputatorũ, qui conuenire debẽt ad locũ deſignatum pro tempore prẹſcripto ſub pœna ſalario ſimili.

Regeſtra quilibet habeat ſua ſubſcripta Collegarum manibus. Liber ſit vnus in quem quietationes inſerantur, cuius exemplum ſit penes prouẽtus, aliud ad Cõuentũ adferatur.

Si famulus alicuius Quartam ferens, in itinere moritur, vel illũ casus aliquis impediat, ille qui pecuniam misit, facta protestatione in proximo Castrensi officio, bona non amittet, sed ad futurum congressum Deputatorum satisfaciat; & casum illum protestatione, atq; iuramento coram Deputatis probet.

Non nisi in defensam atque Milites Quarta cedat, cum scitu Regis & Senatorum. Ita vt Thesaurarius primùm stipendia dimidij anni, per vnum ex Deputatis Leopolim mittat, qui ea Notario Campestri præsentet. Notarius tandem pro vno Quartuali stipendia exoluat, cum scitu Capitanei Exercitus, reliquum in Prætorio asseruetur, sub sigillis Notarij, Capitanei, & Vicecapitanei, & Proconsulis Ciuitatis, neq; eam pecuniam attingat, nisi pro exolutione stipendiorum adueniente alio Quartuali. Hoc idem fiet alio semestri.

Si alibi quàm in Russia milites sint, deferatur pecunia in locum tutiorem

& exercitui proximum, reliquum in loco assignato, sub clauibus & sigillis Thesaurarij & Deputatorum asseruetur.

Pro alio medio anni, denuò Deputati conueniant, pro Circumcisione Domini & pecuniam militibus mittant, vnus ex Deputatis pecuniam primæ rathæ Leopolim ferat, alter alteram, atq; cum scitu Ducis Exercituum Notario reddat, sumptus magnos non faciat, & expensas connotet, tandemq; rationem eorum faciat.

Absentia Thesaurarij vel ex Deputatis alicuius, si sit ex iusta causa, non impediat perceptionem Quartæ, modò Nobilem possessionatum, & honestum, cum sufficienti mandato, clauibus, & sigillo suo substituat. Quod si vnus ex illis decesserit, reliqui munus obeant, Rege de morte illius certiore facto. In Cõuentu nihil prius agatur, quàm rationẽ Thesaurarius cum Deputatis corã Rege, Senatu, & Ordinibus faciant, idque quietationibus non nisi stipendiorum

nomine factis. Deputati ab vno Conuentu ad alium constituantur, tandem alij succedant per Regem electi, quibus priores omnia præsente Thesaurario reddant. Si Thesaurarius vel vnus ex Deputatis, naturæ ante Conuentum concesserit, superstites rationē perficiāt.

Si quis Quartam partem non soluerit, per Deputatos ad Thesaurarium deferatur. Rex verò possessionem bonorum apprehēdet; & nihilominus ille ad Cōuentum ex bonis hæreditarijs citabitur.

Si Tenutarius ante terminum sui anni moriatur, hæredes non nisi id quod ex facto calculo prouenerit, soluant, reliquum, successor nouus exoluat. Quidquid rerum supra inuentarium repertum fuerit, successores recipiant, & debita emoneant, quod Thesaurarius non impediet.

Sub Interregno, Thesaurarius cum Deputatis hæc omnia cum scitu Senatorū perficiat, sub pœna peculatus, qua pęna puniantur etiā ij, qui Thesaurari

um & Deputatos in officijs impedirent.

Deputati sint iurati, quod officio satisfacient & sub Interregno, non nisi de scitu Senatorum, Quartam dispensent. Capitaneus Rauen: iuret, quod etiam sub Interregno Deputatos & Thesaurarium in Castrum excipiet, pecuniamq; publicam propter fures custodiet. Si quando pestis Rauæ vigeret, alius locus per Regem assignabitur. Salarium Thesaurarij mille Floreni, Deputatis ex Senatu singulis 300. floreni, reliquis singulis ducenti Floreni. Const. 1569 f. 105.

Capitaneus Rauensis, adsit Thesaurario Regni & Deputatis in exigenda Quarta parte; vt sciat quid in Ærario relinqautur, siquidem eorum custodia ad eum pertinet; quam in rem salarij nomine ducentos Florenos habeat. Absentes Deputati salario careant. Const. 1588. Fol. 43.

Causæ Quartæ partis sine mora iudicentur, neq; vltra secũda Comitia protrahantur. Alioquin in tertijs Comitijs

respondere nemo tenebitur. Damnum verò Thesaurarius si Instigatori non detulerit, vel Instigator si id neglexerit, resarciat. Retenta ex decretis tam Regijs quàm Tribunalis, non alibi quàm Rauæ conferantur. Const. 1590. Fol. 22.

Domini Deputati & Officiales ad Quartam partem recipiendam pertinentes solito salario sint contēti. Const. 1613. Fol. 36.

QVIETATIO.

QVietare Procurator non potest. H. L. 209.

Quietationes coram actis Castrensibus quibusuis recognitæ, eiusdem roboris esse debent sicut Terrestres perpetuis temporibus. Const. 1589. Fol. 20.

Ad quietationem dilatio semper concedatur. H. L. 117.

A quietationibus in Theloneis nihil exigatur sub pœna iniquè exacti Thelonei. Const. 1588. Fol. 42.

RAPTOR.

RAptor, inuasor, occupator & detentor, de-

tor decimarum & bonorum Ecclesiasticorum pænis & censuris Ecclesiasticis subijciatur. H. L. 75.

Raptor vbiq; capiatur. H. L. 103.

Raptor sit infamis, rapta verò raptori consentiens dotem perdat, & omnia bona hæreditaria. H. L. 221.

Raptor tum demùm pro conuicto habetur & honore priuari debet, postea quam mulier rapta, in præsentia Regis constituta, recognouerit se raptam & violatam fuisse, præter suam voluntatem. Vbi verò rapta confessa fuerit, se non per vim sed cum sua voluntate fuisse raptam, raptor absoluatur, mulier verò priuatione omnium bonorum tam dotalium quàm hæreditariorum mulctetur. H. L. Ibidem.

Quicunq; Nobilem virginem ex potestate parentum vel tutorum rapuerit, pro tali raptu ij agere possunt, ad quos ex iuris præscripto id pertinet: pro e liberatione verò eiusmodi personarum (secundùm constit: de captiuo Nobili

sancitam) in terminis Castrensibus illius districtus, im quo eiusmodi violentia perpetrata fuerit agi potest. Const 1670. Fol. 27.

REBELLES.

Contra internos hostes & perduelles declaratos Capitanei districtus moneant, eosq; puniant, contra potentiores viciniores Capitaneos in auxilium accersant. Eam verò executionem faciant Capitanei, posteaquam eo nomine à Rege moniti fuerint. Const. 1576. f. 153.

Processus contra Rebelles.

Rebelles per Instigatorem citentur. Terminus in citatione quatuor septimanarum sit. Positio citationis in officio Castrensi publicetur. Citati peremptoriè compareant, qui comparuerint per Regem cum octo Senatoribus, & totidem Deputatis ex Equestri ordine, vnius, duorum vel trium absentia non obstante iudicentur. Contra absentes in contumaciam procedatur. Decreta omnia Capitanei exequantur. Nobili-

tas omnis contra tales moueatur. Si oppugnandus aliquis sit, id fiat per militẽ mercenarium. Si verò ipse Capitaneus, eius criminis reus sit, vicinior Capitaneus, in eum exequutionem extendat. Via ad quærendam gratiam Regiam omnibus pateat. Si qui ante terminum per exercitus Regni in conflictu comprehendantur, vel interficiantur, ij pro hostibus patriæ declarantur, bonaq; eorum confiscantur, quæ in recumpensam damnorum, ijs qui ea passi sunt conferantur. Const. 1588. Fol. 43.

RECENS *Crimen.*

RECENS crimen anno & sex septimanis terminatur. H. L. 188.

RECONVENTIONES.

IN Ciuitatibus, ius reconuentionale non seruetur, sed Actor sequuatur forum Rei. H. L. 4.

REDEMPTIO *Bonorum*

REdemptionem bonorum obligatorum Notarius cum Camerarijs iudicat, primo termino peremptorio, pecuni-

amque

amq; non obſtante renitentia citati, ad ſe recipiat, & parti redimenti poſſeſsionem adiudicet. H. L. 92.

Appellationes quæ in cauſis redemptionis bonorum obligatorum interueniunt ſingulis ferijs quintis, ex ſeorſiuo Regeſtro in Tribunali iudicentur. Conſt. 1611. Fol. 13.

Bona quæ in vim redemptionis inſcripta ſunt præſcriptione etiam longiſsimi temporis interueniente ſemper redemptioni obnoxia ſunto. Conſt. 1588. Fol. 30.

Referendarij, *vide in meo Speculo Senatorum ac Officialium Regni Poloniæ aulæq; Regiæ, ſub dictione.* Referendarij.

REX.

SIcut Rex vnus ita vna lex eſſe debet.

Regia diademata Theſaurarius Regni Cracouiæ aſſeruet, idq; ſub clauibus Caſtellani Cracouienſis, Palatinorum, Cracouienſis, Poſnanienſis, Wilnenſis, Sandomirienſis, Caliſsienſis, Trocenſis, qui eas non aperiant, niſi

omni-

omnium Ordinum consensu. Absens ex iusta causa clauem mittat, defuncti verò sigillum & claustrum per reliquos aperiatur. Const. 1576. Fol. 149.

Rex non nisi liberè electus coronetur. Const. 1550. f. 2. & Const. 1607. f. 3.

Idq; ab Archiepiscopo & Episcopis qui ad eam pertinent. H. L. 22.

Rex titulo hęredis non vtatur. Const. 1576. Fol. 147.

Rex inter dissidentes de Religione pacem conseruet. Const. 1576. Fol. 159.

Rex differentias omnes inter Status spiritualem & sæcularem componat. H. L. 252.

Rex tempore belli tormenta, puluerem, pixidarios globos, & custodiam omnem, suo sumptu prouideat. Const. 1576. Fol. 159. & Const. 1588. Fol. 15.

Rex fines Regni suo sumptu defendat, salua Quarta. Ibidem.

Rex vota Senatorum conciliet, & ei parti adhæreat, quæ ad leges & libertates Regni proximè accedit. Ibi: f. 160.

Rex Senatores sedecim præsentes sẽper habeat. Ibid: & Const. 1607. F. 4.

Rex sigillo annulari in causis Reip. non vtatur. Ibidem.

Rex officia & dignitates non minuat neq; impediat. Ibidem.

Rex contributiones extra Comitia non instituat. Ibidem.

Neq; coniugia absq; Senatu, neq; diuortia absq; iustis causis, quærat. Ibidẽ.

Articulus de non præstanda Regi obedientia, vbi contra leges peccaret, ita intelligi debet, vt id tum demùm fiat, cùm Rex temerè, sciens, volens peccauerit, neque Senatus admonitionibus suis quidquam perficeret. Const. 1576. Fol. 161. *Declarationem huius articuli vide in Const. 1609. Fol. 2.*

Regis electionem liberam, neq; Rex ipse, neq; quisquam alius impediat, alioquin hostis patriæ futurus. Const. 1593. Fol. 5. & Const. 1607. Fol. 3.

Rex legationes quæ Rempublicam non tangunt poterit cum Senatoribus

Regni

Regni expedire. Conſt. 1576. Fol. 159.

Rex expeditionem bellicam abſque Comitijs non indicat. Ibidem.

Qui coram Rege extracto gladio aliquem vulnerat, ſine gratia puniatur. Si abſque vulnere gladium extrahit, in gratia Regis conſiſtat. Idem fiet ſi id coram Capitaneo factum fuerit. H.L. 303.

In curia Regis res minutas furans, auris periculo ſubſit. H. L. 103.

Rex abſq; ſenatu in negotijs Reipub. perſonã & dignitatẽ Regiã, legationes, bella, expeditiones concernẽ: nihil ſtatuat, ſaluis ijs quæ ad Conuentum pertinent. Conſt. 1576. Fol. 147.

Rex Nobilitatem neq; precario neq; ſolutione quinq; marcarum ſuper haſtã, extra fines Regni ducat, niſi ex laudo communi. Quod ſi quando acciderit, extunc Nobilitas diutius vltra duas ſeptimanas in loco expeditioni aſsignato non detineatur. Si verò Rex vltra fines Regni eam duxerit, quinq; marcas cuilibet Nobili, tam equiti quàm pediti,

numeret, pro quibus non vltra vnum quartuale bellum seruiant. Ibi: Fol. eo:

Rex Comitia non nisi biennio indicat, neq; ea diutius quàm sex septimanis celebret, particularibus Conuentibus præmissis. Ibidem. Fol. 160.

Rex Nobilibus fundorum hæreditariorum vsum, etiam fodinas minerarum non impediat. Ibidem.

Rex pacta & fœdera cum externis renouet, neq; de ijs, tum & de legationibus audiendis & expediendis, quicquam statuat. Const. 1688. Fol. 24.

Rex castra ad defensionem Reipub. ædificet. Ibid: Fol. 16. & 1607. Fol. 7.

Rex Castra Regni non minuat imò augeat. H. L. 190.

Rex neminē captiuabit, nec cuiquā bona recipiet, nisi sit iure victus. HL. 223

Classem maritimam in portu Reipub & in ea gubernatorem iuratum habeat. Const. 1588. Fol. 15. & Const. 1607. F. 8.

Rex bona à Regno alienata & distracta, pro posse suo ad proprietatem

eiuſdem Regni aggregabit. Conſt 1588. in iuramento.

Rex terminos Regni Poloniæ non minuat, ſed pro poſſe ſuo dilatet & defendat. Ibidem.

Rex vicinis bella offenſiua ſine conſenſu & ſcitu omnium Ordinum non inferat. Conſt. 1611. Fol. 2.

Rex militibus per ſexennium in expeditione Reipub. perſeuerãtibus prouiſiones det. Conſt. 1609. Fol. 26.

Extraneos in Camera & in aula, etiam circa cuſtodiam corporis non habeat, neq; illis dignitates, officia & prouiſiones; neq; bona iure caduco ad ſe deuoluta, det. Conſt. 1588. in pactis Conuentis Fol. 16. & 1607. Fol. 6.

Rex merita benemeritis erga Remp. dignitatibus, officijs, aduitalitatibus in bonis Regijs, & bonis iure caduco ad eum deuolutis, recompenſet. Conſt. 1567. Fol. 73.

Et hoc faciat nullo in hoc reſpectu habito, ſolummodò merita vniuſcuiuſq;

secundùm priuilegia, & iuxta Constitutiones de benemeritis factas. Const. 1607. Fol. 8.

Rex allegationes iuris externi non admittat. Const. 1576. Fol. 160.

Regem Poloni sine Lithuanis non eligant, & è conuerso. H. L. 89.

Rex thesauros colligat, vt in Rempub. posit esse liberalis. H. L. 278.

Si quis bona sua Regi dedit donauitque, ea in Conuentu Rex competenter repetat, modò illa bona litigiosa non sint. Const. 1565. Fol. 48.

Rex non negabit neq; differet dissimitationem Nobili vicino, modò id per vim non exprimat. H. L. 52.

Rex copiam salis subministret iusto precio. H. L. 239.

RVSTICI.

RVstici tempore messis extra Regnũ laboratum euntes per Capitaneos capiantur & laboribus Regnicolarum applicentur. H. L. 286.

Quin & quilibet alius potest eos de-

inere & post vnum Mensem dimittere.
H. L. Ibidem.

SACRAMENTA.

Doctores Ecclesiarum pro Sacramẽtis nihil exigant, alioquin puniendi. H. L. 253.

Salarium Notariorum, *vide in Speculo sub dictione*. Salaria Notariorum.

SALVVS *Conductus*

NVllius salui conductus pœna incurratur, nisi qui fuerit publicatus. H L. 229.

Saluus conductus timentibus dandus est, ad expurgandum sese, & iustitiam petendam. H. L. 229.

Capitanei subditis contra Dominos, saluos conductus ne dent. H. L. 229.

Accusato de aliquo crimine, & ad declarandam innocentiam non admisso, Episcopus Cracouiensis, vel Palatinus Cracouiensis, aut Sandomiriensis saluum conductum ad duos menses det; & interea gratiam Regiam quærat, aliàs eum ad limites Regni deducet, infra vnum annum gratiam petiturum absque

infamia. Profugorum tamen maliciosè, & damna inferentium bona confiscentur, & immobilia fisco addicantur, dotalitio vxoris saluo. H. L. 228.

Saluus conductus non detur subditis, nec famulis contra Dominos; neq; Ciuibus contra Nobiles, tantùm inter Ciues. H. L. Ibidem. *Lex annalis postea approbata, vt infra.*

Saluus conductus non nisi iuxta Statuta detur. H. L. 229.

Statutum anni 1543. de non dandis salui conductus literis Ciuibus contra Nobiles, approbatur, dentur tamen ciuibus & subditis, contra Capitaneos, & Tenutarios. Vadia quoque Nobili contra Nobilem (modò de nomine specificetur) dari possunt; ratione verò Vadij forum in Iudicio Terrestri salua appellatione ad Tribunal Regni. Literæ denique moratoriæ, Ciuibus & Iudæis contra Nobiles non dentur, inter Ciues verò, ex iustis in iure descriptis rationibus, concedantur. Const. 1588. Fol. 5.

SCHOLA *Cracouienſis.*

SCholam Cracouienſem Rex Iagello erigit.

Papa Vrbanus confirmat, Theologiā tamen doceri vetat.

Quam poſtea Bonifacius permittit.

Synodus Petricouienſis decernit, vt Epiſcopi per 100. florenos in vſum Academiæ conferant. Magiſtrandi, & Bacalaureandi ne depactentur; ſcholares vagi pellantur.

Scholares ab omnibus penſionibus liberantur. Coram nemine præter Rectorem reſpondeant. Campſorem Iudæum vnum habeant, qui illis ſuper pignora pecuniam det, vſuræq; nomine vnum groſum à ſingulis marcis quolibet Menſe exigat.

Domus pro Collegio deſignatur. H. L. 244.

Scholæ Cracouienſis priuilegia, prę-rogatiuæ, & ornamenta eius in ſuo robore permaneant: quæ in toto ſunt approbatæ, & in vſu antiquo conſeruatæ. Conſt. 1613. f. 9.

SCOPVLI Granicierum.

ERectos ſcopulos vel ſigna metalia ſi quis diſijciat, corumpatué, à quolibet ſcopulo aciali ſex marcis, ab alijs verò ſex ſcotis puniatur. Et nihilominus officium Succamerarij intra octo ſeptimanas, poſt auiſationem Miniſterialis & Nobilium, ad reſtaurandos limites educat, ſub pœna 14 marcarum, parti & Iudicio totidem. Et nihilominus in alijs octo ſeptimanis idem faciat ſub eadem pœna, toties quoties id neglexerit, ſingulis octo ſeptimanis luenda. H. L. 250.

Scopulos ſi quis priuatim erigat, ab aciali tres marcas, à reliquis per ſex ſcotos luat, & officioſè eoſdem tollat, contra quem ita procedi debet, ſicut contra diſiectorem. H. L. 250.

SCRVTINIA.

ACtor homicidam pro homicidio ad deducendum ſcrutinium citet, terminumque eidem duarum ſeptimanarum aſsignet, vbi vtraq; pars ſcrutinia deducat iuramento præmiſſo, quod ſuos te-

ſtes non

ſtes non corrupit, neq; conduxit: teſtes autem ſint fide digni, & rei illius optimè gnari. Pars quoq; citata, ad ſuam citationem non prouocet: teſtes verò Iudices ipſi, non per ſubſtitutos examinẽt diligenter, examinatos cum non examinatis non coniungant. Si quis ex teſtibus eſt informatus, vel fauoriſans, vel varians, notent, quàm proximè ad rei veritatem accedant. Primo loco oculati teſtes conſiderentur, pluralitas eorum præſertim qui auriti ſunt non curetur, niſi dignum conſideratione quidpiam attulerint. Neutra partium plures teſtes adducat quàm duodecem; ij verò non ex ſcripto deponant, ſed oretenùs dicãt teſtimonia. Quicunq; ad dicendam veritatem citati fuerint, compareant peremptoriè, & vel iurent, vel ſi iurare nolint, ſub conſcientia & fide veritatem fateantur. Domini quoq; ſubditos ſuos, citati ſtatuant, ſub centum marcarum pœna, quæ ibidem contra contumacem vel teſtimonium dicere nolentem de-

cernatur, cum remißione ad loci Capitaneum pro exequutione facienda. Quod si obijciatur, aliquem non omnes subditos adduxisse; iurent subditi reliqui, absentes in fundo illo non esse, neq; eos citationem præuenisse. Idem faciant Ciues coram suis officijs sub eisdem pœnis. Quod si quis ex alio Palatinatu ad testimonium citatur, ille verò propter itineris longinquitatem venire noluerit; integrum illi erit coram officio suo Castrensi testimonium suum dicere; in Prußia verò coram officio Ciuili, talia tamen testimonia nisi oculati sint, & nisi citatione pręmissa non valeãt. Hæc omnia occluso rotulo partibus tradantur. Const. 1588. Fol. 32.

Contra complices in causis criminalibus scrutinia vtrinq; deducantur, sicut & contra Principales, vbi verò constiterit aliquem voluntariè complicem fuisse eadem pœna qua & Principalis puniri debet, post conuictionem. Const. 1588. Fol. 35.

SCVLTETI.

SCulteti de quatuor mansis proprio labore excultis per quatuor grossos Pragenses decimæ nomine soluant. Si verò quid vltra quatuor mansos possident, vel si eosdem cuipiam locauerint, vendiderintué, decimam instar aliorum pendant. H. L. 73.

Sculteтias in bonis Nobilium Nobiles non acquirant, citra consensum villæ possessoris, aut Domini aut patroni, alioquin emptio nulla. H. L.

Scultetus vel Kmetho profugus, nisi quater in Iudicio vocatus redierit, Dominus aliũ loco illius suscipiat. Quod si profugus possessori minetur, Dominus ad quem fugerit, cum illo ius Polonicũ dicat, sub pœna trium marcar: H. L. Ib:

Inutili & rebelli Sculteto, potest Dominus villæ præcipere, vt scustetiam vendat: Si emptorem non habuerit, Dominus iuxta taxam scultetiam redimet. H. L. Ibidem.

Sculteti scultetias non vendant absq;

consensu Domini sub amissione summæ, Domino vel Regi applicandæ. Petentibus tamen consensus ad oppignorandum non negabitur à quo à singulis centenis Florenorum Cancellariæ debentur grossi quindecem. H. L. Ibidem.

Sculteciæ redemptioni obnoxiæ sunto, vbi aduitalitas non intercesserit. Const. 1563. Fol. 22.

Sculteciæ desertæ cōtributiones non soluant. H. L. 63.

Secretarius maior, *vide in Speculo sub dictione*. Secretarius maior.

Senatores, *vide ibidem*.

SERVI.

PRo seruo Golota, Dominus in damnis & iniurijs vicinis illatis, satisfaciat. H. L. 105.

Seruus pro Domino aliquem in contētione vulnerans non culpetur. H L. 242

Serui decem septimanis ante bellum veniam abeundi petant. H. L. 243.

Seruos illiberos & fugitiuos, si quis detineat, neque illos in proxima Curia

Rega-

Regali denunciat, luat pœnam trium marcarum. H. L. Ibidem.

Cum seruo violentæ inuasionis domus, atq; necis ibidem patratæ accusato, Dominus ius dicat, dum apud ipsum arestatus fuerit; alioquin ipse pro accusato respondeat. H. L. 242.

Quod si ante arestum fugerit, Dominus iuret cum duobus testibus, facinus citra suum consensum, mandatum, scientiam, & voluntatem patratum esse, & quod ansam fugæ seruilis non præbuit. H. L. Ibidem.

Serui nisi furem, & malefactorem iussi insequantur, perpetuò sint infames: quod si quis insequenti infamiam obijciat, ipse eandem incurrat. H. L. 243.

Seruus factor sponsione fidei obligari potest. H. L. 242.

Christianus Iudæo ne seruiat sub pœna turris. Iudæus verò Christianum seruum habens, pœna 100. marcarum puniatur. Const. 1565. Fol. 53

Seruus aut villicus à Domino accu-

satus, iurameto cum sextestibus euadat, nec Dño iuramentum deferat H. L. 291

Nobilis inculpatus, quod de eius voluntate, scientia, mandato, per seruos ipsius iniuria vel damnum factum est, tenetur Iusticiam cum seruis ministrare, si apud ipsum arestati fuerint. Si verò arestati non fuerint; extunc non amplius respondebit, quàm de ijs quæ ad violationem, personæ inuasionem, vel Nobilis alicuius necem aut vulnera attinent. De alijs verò iniurijs, puta percussione, aut vulneratione plebeij, frugum depastione, conculcatione, & similibus, Dominus quidem de arestatis ius dicat; de possessionatis tamen Iudicium competens quæratur. H. L. 242.

Seruum plebeium suscipiens absq; literis testimonialibus, pœna 100. marcar: puniatur, in officio Castrensi repetenda. Const. 1596 Fol. 11.

Domini seruos Nobiles conductos & stipulatos, furti aut perfidiæ reos, captiuare possunt. Const. 1598. Fol. 33.

SPIRITVALES.

SPirituales, ne vocent ſæculares ad Iudicium ſpirituale, in cauſis illi iudicio non competentibus. H. L. 91.

Cauſæ ſpiritualium pro limitibus, Kmethone fugiente, cæde, vulneribus, in Iudicio Terreſtri iudicentur. HL. 253.

Iuxta ſtatutum Lurkonis Epiſcopi Cracouienſis, quilibet beneficiatus ſiue curatus, ſiue non; ſi primis tribus menſibus deceſſerit, quarta; ſi ſecundis, media; ſi tertijs, tertia (relicta ſeminatione) pars prouentuum ad illum pertinebit. Si verò id vltimis tribus menſibus contigerit, omnes prouentus anni illius integrè illi debebuntur. H. L. 9.

Differentias inter ſtatus ſpiritualem & ſæcularem Rex componat. H. L. 252.

Spirituales, Terreſtres Notarij, neq; Vicenotarij eſſe non poſſunt. H. L. 169.

In Tribunali cauſas Spiritualium ſex ſæculares, cum ſex ſpiritualibus perſonis iudicent, maior pars concludat, ſi verò pares fuerint ſententijs, ad Con-

uentum cauſas remittant. Conſt. 1578. Fol. 184.

STATIO.

STationes nullas Rex apud Nobiles faciat. H. L. 261.

Milites ad expeditiones euntes in ciuitatibus, oppidis, villis, allodijs ſtationes ne faciant. H. L. 17.

Vide etiam ſupra ſub dictione. Milites.

STATVTA *Regni.*

STatuta Regni Caſimirus Magnus cõdidit, & promulgauit primus. H. L. 7.

Statuta & Conſtitutiones nouæ, non præterita ſed præſentia tantùm & futura reſpiciant. H. L. 61.

Statuta & Conſtitutiones non niſi in Conuentu, idq; cum communi Ordinũ conſenſu fiant. H. L. 61.

Statuta Regni, Polonicè conſcribantur. Conſt. 1562. Fol 16.

Allegationes legum externarum non admittantur, quibus donationes perpetuæ in dubium vocari debeant. Cõſt. 1576. Fol. 148.

Ad correctionē Iuris Terrestris, institutionem breuioris processus ad inscriptionem, qui exceptiones & dilationes superfluas excluderet, nec non ad conscribendum modum exequutionis rei iudicatæ, deputatæ erant certæ personæ, in anno 1576. & in anno 1607. & 1609. Sed hoc effectū suum sortitū nō est.

In Regno Poloniæ omnes vno eodemq; Iure iudicentur, alioquin quidquid contra statuta Regni iudicatum fuerit, nullitatis vitio subiacet. HL. 139.

STERILES.

STeriles bona sua liberè alienent. S. 18

SVBLATIO BANNITIONIS.

SVblationis bannitionis prorogationē impetrans, ad Iudicium Castrense partem vocet, & doceat se nihil omisisse, quo minus de malè obtento ageret, id nisi fecerit prorogatio nulla. Cōst. 1557. Fol. 6. H. L. 13.

Si Tribunal bene obtentum esse processum adinuenerit, & iureuictum proscripse-

scripserit, sublatio sic proscripto non datnr. Const. 1588. Fol. 29.

Succamerarius, *vide supra in dictione:* Limites. *& in dictione :* Granities. *& in Speculo sub dictione :* Succamerarius.

SVRROGATIO.

IVdex & quilibet Officialis, in propria causa, potest loco sui Nobilem possessionatum substituere, qui ita substitutus iurare non tenetur. H. L 127.

THELONEVM.

THelonea nemo sibi temerè instituat, nisi cum consensu Regio & Consiliariorum Regni, in Conuentione Generali, sub amissione illorum bonorum, in quibus Theloneum temerè exigeretur. H. L. 271.

Theloneum nisi expressè literis Regijs inscribatur, iuri Regio reseruatur. H. L. 272.

Nobiles eorumque subditi, ab omnibus Theloneis & foralibus liberantur, cum rebus proprijs iter faciẽtes. HL. 273.

Theloneorum exactores sint Nobiles

possess-

possessionati & Christiani, exceptis locis in quibus Capitanei & Tenutarij curam Theloneorum habent, ij enim ipsi pro exactoribus reputantur. Exactor verò iniqui Thelonei vbicunque siue Terrestri, siue Castrensi officio, tanquam pro articulo officij, conueniatur; conuictus exactum restituat, & in pœna 14. marcarum iniuriam passo, trium verò Iudicio condemnetur. H. L. 274.

Nobilis Thelonei exacti accusatus, per iuramentum euadat, quod nihil iniquè exegit. H. L. Ibidem.

Capitanei Thelonea temerè exigentes, in Capitaneatibus obligatis pœna centum marcarum; in liberis priuationis officij puniantur: & nihilominus in duplum condemnentur. H. L. 273.

Pontem declinare atque vado transire, cuilibet liceat, nec propterea molestari, aut Thelonei exactione vexari debet. H. L. Ibidem.

Exactorem Dominus statuat, & pro illo caueat, victumque sibi si soluendo non

sit, iniuriam passo in instanti tradat; si verò eum non statuerit, ipse pro illo respondeat, & sine exceptionibus appellationibusq; satisfaciat. H. L. 275.

Actor in causa exacti Thelonei optionem habeat, vtrum vult exactorem plebeium ad euasionem iuratoriam admittere, an ipse conuincere. H. L. Ibid:

Probatio seu expurgatio exacti Thelonei ita fiat, vt Nobilis iuxta quantitatem summæ iuret: Plebeius verò pro summa decem marcarũ met secundus, pro maiori met septimus. H. L. Ibidem.

Ciuitates eidem iuri subiaceant, & factores suos statuant, atq; pro illis satisfaciant citra exceptionem fori declinatoriam, & Priuilegiorum oppositionem. H. L. Ibidem.

Theloneum nouum à bobus extra Regnum actis, qui in Nobilium & spiritualium domibus educantur, vel empti frumentis illornm saginantur, non exigatur, quod tamen iuramento factoris, qui boues agit probetur, instar mer

cium per aquam defluitantium. Idem de boario, aliàs *Powolowczyznie*, censeri debet. Const. 1550. Fol. 2.

Iudæi Theloneis non præficiantur, quod Palatini prohibeant sub pęna 100. marcarum per Instigatorem repetenda. Const. 1665. Fol 53.

Theloneatores à factoribus alia iuramenta non exigant, quàm leges Regni volunt, & sufficit vt is, qui cum frumento defluitat, iuret illud esse proprium, non emptum. Qui verò boues agit: quod sunt proprio frumento saginati: Idem de syluestribus mercibus. Const. 1576. Fol. 162.

Iuratus semel coram officio Castrensi famulus, ad iterationem iuramenti proprietatis frumenti, vel ad solutionẽ Thelonei ne cogatur, sub pœna centũ marcarum, coram quouis Iudicio vel officio exigenda. Notarius verò recognitiones iuramenti præstiti ne det, si iuramentum factum non est; sub pœna 200. marca: cuius medietas delatori ce-

dit, al-

dit, altera fisco, quo nomine post Curiam respondebit. Const. 1581. Fol. 212.

Theloneatores insoluto Theloneo neminem dimittant, alioquin non soluti Thelonei nomine in foro competenti agant; Regi verò ipsi satisfaciant litis pendētia eiusmodi non obstāte. HL. 276.

Boues tributarij, vel proprio frumento saginati, liberè absq; Theloneo dimittantur, sub pœna 100. marca: Nobiles verò & eorum famuli, itidem Nobiles à iuramento non arceantur. Const. 1581. Fol. 221.

Frumenta & aliæ merces sylvestres in fundo Nobilium hæreditario natæ, non autem coemptæ, liberæ sint ab omnibus quibuscunq; Theloneis, & exactionibus, dum defluitant, præstito siue per Dominos siue per factores iuramento, sub pœna quingentarum marcarum. Notarij quoq; à quietationibus nihil exigant, sub pœna iniquè exacti Thelonei, corā Iudicio Tribunalis vel alio quocūq; exigenda. Const. 1588. f 42.

Thelo-

Thelonea vltra instructiones manu Regia subscriptas non exigantur. Instructiones Regiæ in Cameris publicè affigantur. Qui in Camera principali theloneum soluit, ad solutionem eius in alijs Cameris producta quietatione non adigatur. Vltra instructiones Thelonea exigentes, coram quocunq; Iudicio & officio peremptoriè respondeāt, processu impossessionatorum conueniantur, & pœnas prioribus Constitutionibus sancitas luant. Const. 1596. Fol. 8.

Thelonea secūdùm instructiones Regias Crac: anno 1598. Typis excusas, & in Conuentu 1601. correctas exigantur. Instructiones denuò recudentur, & in Cameris in tabulis appendantur, sub pęna 100. mar: in Tribunali inter causas officij toties quoties repetēda. Cō. 1601. f. 15.

Si quis à subditis ratione rerum in domos aut è domibus illorum ductarum nomine Thelonei aut foralium quid quam exegerit pœna Statuti puniatur. H. L. 273.

Termini Terrestres Palatinatuum Regni, in quo Palatinatu terra aut districtu, & quo tempore celebrentur, vide in Processu meo Iudiciario.

Thesaurarius, *vide in Speculo sub eadē dictione.*

TESTAMENTA.

TEstamenta non de immobilibus bonis, tam hæreditarijs quàm obligatorijs, sed duntaxat de mobilibus condantur. Bona tamen immobilia Regi testamēto legari possunt. H. L. 283.

Alioquin Testamenta contra hoc Statutum facta nulla sunt, etiamsi confirmata fuerint. H. L. Ibidem.

Testamentum Nobilibus propria manu scribere, vel etiam coram testibus Nobilibus condere est licitum; non autem Ciuitatum incolis. H. L. Ibidem.

Causæ Testamentorū, coram Rege aut quocunq; efficio, vel Iudicio sęculari conditorum, ad sæculare Iudicium pertinēt, nisi quid ad pias causas legatū est; legari tamen bona Terrestria non debēt. HL, Ib:

TESTES.

IN bonorum venditione etiam consanguinei testimonium dicunt, plerũq; enim compositores ex sanguine sunt. H. L. 287.

Testimonia senum in limitibus primum locum habent. H. L 151.

Testi producto, si excommunicatio obijciatur, producens verò alios non habeat, debet ab eo qui excommunicauit, peti absolutio, ad actum illum, quam si ille temerè denegauerit, deponantur testimonia citra præiudicium causæ. H. L. 283. *Hæc lex non est in vsu*

In Scrutinijs neutra partium non plures testes adducat, quàm duodecim, ij verò non ex scripto deponant, sed oretenùs dicant testimonia. Cōst. 1588. f. 32.

TRANSACTIO.

LIte pendente si quis concordiã tentauerit, ab omnibus pœnis absoluitur. H. L. 150.

Arbitris & compositoribus transactionem in Iudicio recognoscẽtibus absq;

iuramento fides adhibeatur, præsertim vbi iudicialiter dati sunt. Si verò extra iudicialiter accepti sunt, pars autem aliqua transactionem negat, arbitri audiri debent, & iurare instar aliorum testium, præsertim vbi vadium non sit appositum; tunc enim Actor seu allegans transactionem illam probat arbitris suis & testibus, eorumque iuramento, ad quod testimonium etiam consanguinei admittuntur. Praxis Przyl. 659.

Bannitus post adinuentionem in Tribunali benè obtenti processus tempus duodecem septimanarum, ad tentandam transactionem cum iureuincente, habet, sub quo tempore recognitiones, alienationesq; bonorũ ad compositionem illius negotij seruientes facere poterit; alioquin nisi rem composuerit, Capitaneus ad exequutionem procedat. Const. 1588. Fol. 39.

TRIBVNATVS.

TRibunatus omnes post annum 1538. instituti, & ij qui castris carent abrogã-

tur, antiqui verò, & qui castra habent, benemeritis iuxta Statutum tribuantur. H. L. 248.

TVRRIS.

Turris in fauorem homicidæ non reparetur, neque carceres homicidis per Capitaneos adornentur, sub pœna 400. marcarum Iudicio Terrestri perempto riè repetenda: liceat verò ei cuius interest, videre toties quoties opus fuerit, qualiter homicida detinetur, quod Capitanei denegare non debent, sub eadem pœna. Const. 1578. Fol. 188.

Turres æquales sint, & vbiq; duodecim cubitis à fenestra, per quam rei demittuntur profundæ sint. Si verò in aliquo districtu turris non est, id fieri debet in turri primariç Ciuitatis illius Terræ. Const. 1538. Fol. 32.

Si quis conuictus pro homicidio turrim ad tempus designatum non subeat, vel inde ante tempus exeat, infamis esto ipso facto; & talis per Capitaneum loci, præmissa vna citatione, ad Iudicium

Castrense sine dilationibus & exceptionibus publicetur & proclametur, & siue per Capitaneum siue per partem, capiatur & decolletur, bona verò æquiualentia, parti tradantur ad exolutionem vsq; capitis. Ibidem Fol. eodem.

Quoniam in Castris turres sunt publici carceres, igitur si quis in criminali causa aliquem Nobilem ad officium Castrense detulerit, & illum ad carceres dare voluerit in eum instigando; in eo passu carcerem officium Castrense vsq; ad decisionem causæ nemini deneget, sub pœna 100. marca: iusticiam vnicuiq; faciendo, salua appellatione ad Tribunal proximè venturum. Instigans tamen illum custodire & victu prouidere tenetur. Si verò inculpatus per definitiuam sententiam, iniustè se esse ad carcerem datum, adinuẽtus fuerit, tunc non cum officio sed cum eo qui eum inculpauit, & ad officium detulit, ratione præmissorum iure agendi in foro competenti patebit via. Const. 1611. Fol. 14.

TVTOR.

Tvtor bona pupillorum, neq; vendat, neq; alienet, neq; limitet. H. L. 285.

Tutores non tantùm de censibus & iumentis, sed etiam de omnibus bonis mobilibus & prouentibus, rationem etiam coram Iudicio Terrestri faciant. Const. 1565. Fol. 54.

Pupilli tutori à patre dato subsint, quem neque consanguinei à tutella remouere poterint. H. L. 291.

Officium Castrense pupillis ius dicat, actione violentæ expulsionis, si bona illorum alienarunt tutores. H. L. 222.

Si pater debitum contraxit & super bonis assecurauit, quod vel ex præsenti pecunia, vel ex prouentibus exolui non possit, vadia autem nondum lucrata sint; potest tutor ante litem, bona minorennium in summa inscripta dimittere. Idem faciet si in quocunque iuris gradu lis patri inchoata stetisset. Quod sane intelligendũ est de illis bonis, quæ in minorennium vel tutorum possessione sunt

ne sunt. Const. 1588. Fol. 36.

VADIA.

VAdia Nobili contra Nobilem & Ciui contra Nobilem (modò de nomine specificetur) dari possunt: ratione verò vadij, forum in Iudicio Terrestri: salua appellatione ad Tribunal Regni. Const. 1588. Fol. 25.

VAGI.

VAgos per triduum in Ciuitate absq; seruitio vel artificio manentes, officium Ciuile capiat, & aggeribus fossisq; extruendis applicet. H. L. 264.

Vagabundos & ociosos Capitanei comprehendant, quod Nobiles in bonis suis non prohibeant, alioquin citati eosdem statuere tenebuntur. HL. Ibid.

Statuta de vagis golotis, per Capitaneos exequutioni mandentur. Const. 1562. Fol 16.

Eadem Constitutio vna cum Statuto Ioannis Alberti de mendicis & vagis exequutioni dentur, sub pœna 100. marc: tam contra Capitaneum, quàm contra

offici-

officium Ciuile extendenda. Conſt. 1588. Fol. 79.

Is qui bonis ſuis conſumptis vagatur, & ad maleficia atque rapinas tranſit, etſi gratiam Regis inuenerit, nihilominus infamis ſit. H. L. 285.

Vagi, aliàs *Lozni ludzie*, cuiuſcunq; conditionis & præeminentiæ alicui iniuriam facientes, coram officio Caſtrẽſi tacto termino, etiam in ciuilibus cauſis reſpondeant, ſalua appellatione Nobili reſeruata, ad Tribunal Petricouiã, vel Lublinum inter cauſas conſeruatas, in duabus ſeptimanis. Et talis perſona ciuiliter citata, aut Nobilem poſſeſsionatum, aut ciuem de parendo iudicato ſtatuat, aut pignus det quod damno reſpondeat: ſi autem vni ex his duabus rebus non ſatisfecerit, in carcere detineatur per officium Caſtrenſe, vſq; ad deciſionem cauſæ & ſatisfactionem iudicato. Statutum tamen Torunenſe, de violentia in ciuitatibus per Nobilem illata, in ſuo robore maneat. Cõſt. 1611. f. 4.

Via pu-

VIA PVBLICA.

MErcatores, per vias consuetas cum mercibus eant, alioquin per Capitaneos capiantur, & confiscatione puniantur. H. L. 288.

Neq; Thelonea declinent sub mercium priuatione. H. L. Ibidem.

In vijs nihil vi accipiatur, sed à rerũ Dominis ematur. H. L. 179.

Capitanei eorumq; Iudices, securitatem itinerantium defendant. HL. 288.

Lustratores Regni, vias publicas circumscribant, & latitudinem earum decem vlnis emensurent, propter vectorum & boum transitum. Cõst. 1569. f. 108

Viæ depercussores 14. marc: Regi demerentur. H. L. 180.

Insidias in via publica alicui tendens, si ab eodem in defensa occisus est, homicida euadat cum sex testibus, & absq; sessione turrica sexaginta marcis numeratis absoluatur. H. L. 108.

VIDVA.

VIdua dote & dotalitio sit contenta,

alia

alia verò bona pueris dimittat. HL.287.

Vidua mortuo marito paraphernalibus duntaxat ſit contenta, theſauris, pecunijs, argento, equis, equireis, ad pueros deuoluendis, pecora tamen & alia quæ doti & dotalitio obnoxia fuerint, vna cum equis quibus vehebatur retineat, veſtes verò & equos minoris precij, id eſt trium marcarum cum pueris diuidat. Idem ibidem.

Vidua ſecundo nubens, ad terminos Terreſtres vel poſitionem actorum citata compareat, dotem tollat, bonis cedat, fideiuſſores de dotalitio, hæredibus mariti poſt mortem ſuam reſtituendo det, primus tamen terminus non ſit peremptorius. Quod ſi neq; in ſecundo termino compareat, Iudex pecunia in Cãcellaria relicta, poſſeſsionem redemptori aſsignet, donec illa eundem adcitet, & præſente illo fideiuſſorem det. HL.82

VINVM.

IN Vngariam ad coemendum vinum nemo eat, neque contractus eo nomine

per se vel per submissas personas cum externis faciat, non obstantibus literis quibusuis, sub amissione rerum. Const. 1578. Fol. 130. *Vide etiam Const. 1611. f. 8. Et quomodo vendi debeat, vide ibidem.*

Hæc Constitutio non debet concernere vina Eidemburgensia, Austriaca, S. Georgij, & alia, quæ cuilibet liberè etiam extra Regnum emere liceat. Const. 1592. Fol. 16.

Nullus extraneus, in Regnum vina quælibet, Maluatica quoq; & Muscatæ, falsificata inferat, neq; vllum eorum Monopolium exerceat, neq; ea ad cellaria, neq; ad domos quas Vngari in Ciuitatibus plerisq; possident (quas tamen sine consensu Regio emere non debent) deponãt, sed ea in foro in depositorijs vẽdant sub amissione vini. Quod attendere debent Capitanei in bonis Regalibus, in bonis verò hæreditarijs Domini, sub pœna 100. marcar: apud Tribunal per quemlibet Nobilem repetenda. Quod si vina sua intra tres septimanas

in de-

in depoſitorio, non vendiderint, ex= tunc ea vbicunq; in Regno ducant, & vendant. Conſt. 1593. Fol. 19.

VIS, VIOLENTIA.

Mercatori ſiue ſuo, ſiue externo, ſi quis merces vi receperit, citari poteſt ad quodcunque officium, tanquam in cauſa iniuſti Thelonei. Conſt. 1589. f. 25

Diues à paupere pro violentia accu ſatus, per teſtes euadat, alias puniatur. H. L. 290.

Nobilis aliquem in Ciuitate violans, capi per Ciues poteſt, iudicari tamen abſque officio Capitaneali non poteſt. H. L. Ibidem.

Rem etiam ſuam vi nemo repetat, a lioquin eam cum pœna ſex marcarum reſtituat. H. L. 292.

Portarum Ciuilium violatores Statu to Torunenſi ſubſint. Conſt 1588 F. 68.

Nobilis Nobilem violēter captiuans, & in priuato carcere detinens, pœna centum viginti marcarum puniendus, & ſeſsione in turri per annum pro pœ-

na publica: & demum tripliciter carcerem magis sustinere debet quàm ille detentus: sub pœna infamiæ, & damna refundere super quæ detentus iurauerit & pro vulneribus si illata sunt satisfacere. Poterit autem quilibet consanguineus, etiam seruus pro Domino, & Dominus pro seruo citare violatorem ad terminos Castrenses peremptoriè, in quibus Capitaneus decernere debet eliberationem eiusmodi captiui sub pœna bannitionis, citra quamuis appellationem & prosequutionem ipsius, ei qui eiusmodi decreto parere noluerit: ad quã eliberationem idem Capitaneus officium suum cum ministeriali deputare tenetur. Excipiuntur ab hac lege famuli, fures manifesti, & patriæ proditores qui vbiq; capi poterint. Const. 1588. Fol. 30.

Vilnæ & Leopoli in Ciuitate & extra Ciuitatem, si quis Nobilis aliquem vulnerauerit, aut occiderit, vel virgini vim intulerit, spoliumué comiserit, aut portas Ciuitatis fregerit; talis violator ab

officio-

officio Ciuili aut Castrensi capi potest, & secundùm statutum Torunense in præsentia officij Castrensis iudicari, (præmisso tamen scrutinio) punirique debet. Const. 1601. Fol. 32.

VIRGO.

VIrginem Nobilem, si tutor elocare negligit, potest ipsa cum scitu consanguineorum nubere. H. L. 291.

Virgo orphana, post desponsationẽ sui, tribus annis & tribus mensibus, nihil contra tutorem suum agens, per præscriptionem à causa cadit H. L. Ibidem.

Virgo à patre dotata nihil petat à fratribus H. L 83.

Virginis Nobilis raptor, citari potest ab ijs quorum interest, pro eliberatione ad terminos castrenses illius districtus vbi crimen patratum est. *vide supra sub dictione* Raptor.

De his vide plura in litera D *in dictione* Dos. *& in litera* F *in dictione* Fratres.

VLNA.

VLnæ æquales sint in Palatinatibus. Const. 1588. Fol. 69.

VVLNVS.

VVlnerans pugnando pro Domino seruus ne culpetur. H. L. 242.

Vulneratus propter vindictam antiqui rancoris propior est ad probandum super vulnera. H. L. 304.

Accusatus pro vulnere si dicat Actorem se ipsum vulnerasse & factum id esse in contentione constiterit citatus euadat. Si verò extra contentionem Actor probet super vulnera. H. L. 305.

Pro mutilatione Actori incūbit probatio. etiamsi post anni vnius decursum agat. H. L. 304.

Kmethoni pro vulnere vna marca debetur. Domino autem (si eiusdē Domini vterq; fuerit) alia marca si duorū Dominorum fuerint, marcā diuidant. HL. 305.

Correcta est hæc lex Cōst. 1588. vt sequitur.

Plebeiorum vulnera in duplo soluātur. Const. 1588. Fol. 31.

Accusatus pro incitatione canis ad morsum, per iuramentum euadat, nisi Actor probauerit. H. L. 37.

Si quis candelam in contentione extinxerit, & interea alter incerto authore vulneratur, si vulneratus iuramẽto probauerit, se tunc esse vulneratum, neque scire authorem, debet extinctor pro vulnere satisfacere. H. L. 305.

Etiamsi iocando lædes pro vulnere satisfacias. H. L. Ibidem.

In præsentia Regis vel Capitanei aliquem vulnerans, sine gratia puniatur, si verò gladium extraxerit neq; vulnerauerit quenquã, sit in gratia Regis. HL 303

Coram milite aliquẽ vulnerans perforatione manus puniatur, si verò gladium duntaxat strinxerit, sit in gratia militis. H. L. 105.

Vulnera officio Castrensi aut Iudicio Terrestri ostenduntur, circa quorum rescriptum Actor Reum in Iudicio Terrestri met tertius conuincit H L 303.

Pro vulneribus Nobilium, eorumq;

subditorum Ius Polonicum in Ciuitatibus ministretur. H. L. Ibidem.

Sub pœna 14. marcarum Iure Terrestri exigenda. H. L. 304.

Probatio vulnerum fiat iuxta Statuta. Sigis: Crac: 1512.

Plebeius vulnerans Nobilem capite puniatur, vbi Nobilis occasionem vulnerandi non dedit, quod Nobilis iuramento probet, deficiens in probatione pœnam tam acerbam exigere non potest. H. L. 304.

Vulnera Nobilium in duplo soluantur, id est sanguineum marcis viginti, liuidum marcis sex cum pœna Iudicij. Vulnus sanguineum in facie, & amputatio cuiuslibet digiti, marcis triginta: excusio dentis cuiuslibet marcis viginti: mutilatio in manu, pede, oculo, naso, soluatur dimidio precij capitis iuxta Const. 1588. Vulnus verò ex ictu bombardæ inflictum in duplo solui debet. Præscriptio vulnerum triennalis esto. Const. 1588. Fol. 31.

Pro vulneribus falſi Nobilis agi non poteſt. H L.112.

Parentibus ſi quis diffidat vel vulneret, non ſecus iudicari debet ac ſi ſaluũ conductum violaſſet. Conſt.1578. f.193.

VVLPES.

VVlpeculas nemo ex foueis colligat ſub pœna decem marcarũm. H.L.306.

VXOR.

VXores poſſeſsionatas Kmethones impoſſeſsionati ſequantur, poſſeſsionatis verò vxores tradantur. H.L.143.

Vxor viro abſq; amicorum conſenſu nihil inſcribat, alioquin inſcriptio nulla. H.L.306.

Aduitalitium tamen vſum bonorum inſcribere non prohibetur vxor. HL.121.

Vxor ſi prius moriatur, maritus de dote & reformatione ſucceſsoribus reſpondeat, ſi verò vir prius moriatur, vxore in poſſeſsione bonorũ reformatorum relicta, eadem poſſeſsio debetur ſucceſſoribus, abſque iuris ſtrepitu per Capitaneum danda. H.L.52.

Vxori

Vxori indotatæ 30. marcæ ſoluantur, vel poſſeſsio aſsignetur, quæ trium marcarum prouentum habeat. H. L. 81.

Vxoris dotalitium non ſubeſt perlucris ſuper viro obtentis. H. L. 82.

Vxoris conſenſus, & duorum de paterna linea amicorum ipſius, requiritur, ſi maritus alienat bona, doti & dotalitio vxoris obnoxia. H. L. 306.

Laus DEO, Virginiq; Matri.





